

M. JOHANNIS PARICII  
APUD VRATISLAVIENSES  
THEOLOGI BENE  
MERITI,

Pius affectus,

erga

MARIAM Gerhardin/  
Conjugem piissimam,  
BLANDINAM FILIAM

suam charissimam,

nec non

M. DANIELEM Horn/  
futurum Generum,

ad eorum

Trigam beatissimam,

ANNO CHRISTI

M. D C. XXXIII.

Mense Octobri,

arumnopestis temporis

sublatam,

Celebrium & doctorum Virorum,

carminibus declaratus,

Premissa Excellentissimi & celeberrimi Theologi

Dn. D. JACOBI MARTINI,

Epistola.

---

Francofurti ad Viadrum

typis

MICHAELIS KOCHII.

Anno 1643.

LECTORI BENEVOLO  
& AMICO.

CUR voto, atq; intentione nostrâ tardius in lucem prodeant Epicedia hæc; adeoq; lentiùs satifiat religiosæ pietatis, atque integerrimi amoris officio, quod beatissimè Defunctis debebatur: facile reputaveris, AMICE LECTOR, difficultati, extam variis, remotisq; Germaniæ locis, hæc Carmina conquirendi, tribuendum esse. Maximè quod & plura, quam vides, hinc ac illinc promissa, ut plurimùm intentionem nostram suspenderint. Non dubitamus autem, quin nihilominus præsentia hæc, ob Authorum celebritatem, raritatem & copiam, variumq; Carminum & inventionum genus, applausum tuum meritura sint. Quod si experiri dabitur, haud leve, levandi, per tot funera facti doloris, argumentum futurum est. Bene vale Lector, & feliciter vive!

Plurimùm Reverendo,

Clarissimo & Eximio

VIRO,

DN. M. JOHANNI PARICIO,  
ARCHIDIACONO ECCLESIAE VRA-  
tislav. ad D. Mariam Magdalenam, & Ministerii  
Seniori emerito, Domino, Amico & Fra-  
tri in CHRISTO dilecto &  
honorando,

JACOBUS MARTINI SS. Theol. Doct.  
Professor & Academia Senior  
S. P.



ON equidem mirarer, Vir plurimùm Reverende & Clarissime, si, qua incuntem amorem comitari solet dubitatio, de me oblivionis aut temeritatis suspicionem tibi injecisset: cum in ipso fere amicitia nostra primordio, ad ternas jam literas tuas, purissimi Amoris stilo scriptas, vix tandem unis respondeamus. Tu vero (licet nulla tanta sit celeritas, quæ non amori, omnis mora impatiens, videatur tarditas) ex candore & constantia tua animos aliorum estimans; me firmum fixum in proposito futurum persuasi: quâ quidem in re minimè erras. Quamvis n. locorum distantia & negotiorum

varietas silentium mihi pepererit: oblivionem tamen  
tui párere nec potuit, nec unquam poterit: quandoqui-  
dem te non meritum meum, quod nullum esse agnosco;  
sed prudens tuum & simplex judicium mihi devinxit.  
Perge igitur, mi Dn. M. PARICI, amicē mihi favere:  
facies hoc mutuō. Jam ut missis superioribus Episto-  
lis, de postrema paucis tecum agam: Scribere non pos-  
sum, quantum dolorem ex dulcissima Conjugis, exopta-  
tiissimi Generi mox futuri, & Filiae suavissima obitu,  
atq; sic triplici acerbissimo vulnere altè adacto ceperim.  
Etenim cùm ad teli in te immisi vehementiam animi  
oculos converto, teq; recordor amisisse talem Uxorem,  
qua propter virtutes ex diversis atatibus collectas sin-  
gularis exemplifuit: quaq; Marito castissimum sem-  
per amorem probavit, reverentiam debitam sine jur-  
gio, sine offensā præstítit: & verò non tantū hanc,  
sed etiam Filiae suavissima Sponsum futurū Generum,  
talem, quem eruditione singulari, pietateq; & ortho-  
doxia omnibus commendatum, ex alto benignissimus  
DEUS destinaverat, & non tantū hunc & illam,  
sed & Filiolam ipsam jucundissimam, eximio flore fru-  
ctūs uberrimos, & rara indole magna incrementa polli-  
citam, BLANDINAM, qua, ut in dactissimo suo Carmi-  
ne Dn. Wolfgangus Stirius loquitur:

— nomen & omen habebat,

Quā nec amabilior Virgo, nec blandior ulla;  
tantam hujus triplicis vulneris acerbitatem (quippe  
quam

quam & ipse sum expertus) deprehendo, ut non nisi lon-  
ga dies ac doloris satietas obducere cicatricem possint.  
At verò tu, tanquam fortis & expertus miles, ictus pre-  
visos magno animo subiisti, qui tironi invalido lethales  
sint, & intrepidus vulneris tui cruentum aspexisti, ad  
quem ego exclamavi, ingemui, expallui. Novistienim  
bujusmodi Conjuges, Liberos, Generos DEI esse dona,  
qua non mancipio dentur hominibus, sed usui: itaq; in  
diem debitor, quod commodatō acceperas, poscenti cre-  
ditori lubens reddidisti, pietatis testes lacrymas profu-  
disti, easq; cum ad tempus fluxissent, coercuisti, memor  
Syracis verbi: quod in vitâ hominum nihil sit aliud,  
quam asidua discordia: nosq; miseros homunciones  
non nisi sectatores laboriosa militia, in qua bellum est  
inexorabile, pax infida, inducia fadifraga, dolosa blan-  
ditia, blanda infidia, Hostes exteriores prætero, quos licet  
atrocissimos & crudelissimos haclenus Germania, dul-  
cissima Patria experta fit: interdum tamen illos muri  
& munitiones se jungunt, nec non noctes aut hyberna  
inter illos quietis aliquid concedunt: Interni nec loco-  
rum intervallis à nobis excluduntur, nec brumam cu-  
rant aut inducias paciscuntur: sed intra muros degunt,  
ad rationis arcem scalas applicant, præudent nobiscum,  
cœnant, dormiunt. Uxor ergò tua si diutiū vixisset,  
Gener & Filia, si ad senectutem ipsis transeundum fu-  
isset, non tam vixissent diutiū, quam diutiū pugna-  
sent: quod quia ab ipsis alienum fuit, in his turbis diu-

tiūs hærere non potuerunt : sed ad Pacis Principem mi-  
grarunt : in cuius nunc gremio suaviter cubantes cum  
Davide cantant : In pace dormimus , & quiescimus.  
Hac & multa alia , Vir præstantissime , procul dubio  
animum tuum à luctu revocant . Plura non addo .  
Animum enim tantummodo declarare volui , tūm  
erga defunctos , tūm erga te superstitem meum PAR-  
CIUM : quod ut benevolè accipias , in eoq; non effectum ,  
sed affectum ponderes rogo . Vale feliciter , Amice  
suavissime & plurimū honorande cum universā do-  
mo . Dabantur WITTEBERGAE in mediis militum  
transeuntium turbis 5. Martij  
Anno 1642.



Ad DN.

Ad Dn. M. JOHANNEM PARICUM,

Seniorem Venerandum.

**V**Ita quid est hominis , nisi continuata malorum .

Labes , anxietas , terribilisq; metus ?

**V**Hoc vitæ esse hominis , melius , quām qui ob sit 9 annis ,

Scit nemo : patiens qui mala multa tulit ,

Quod loquor , expertus fateor ! testaberis idq;

Mecum , PARICI , ter venerande Senex .

Namq; annos annis quando auximus ; ecce dolores

Et mala nobiscum sunt simul aucta malis .

Sed bene ! Nam felix , qui exegit & integer ævum ,

Et mala cuncta pio corde animoq; tulit .

Jacobus Martini , S. S. Theol. Doctor ,

Profess. prim. & Senior , Templi Cathedralis ad  
Arcē Præpositus , & Consist. Eccles. Assessor VVitebergæ .

**U**Na Fides , Spes una piis , Amor unit eosdem ,  
Alter ut alterius sponte juvetur ope .

Spiritus hic unus , dolor unius afficit omnes ,

Corporis unigena qui pia membra sumus .

Tu , V R A T I S L A V I Æ , frater , tot funera luges ,

Sed dolet banc sortem L E U C O R I S ipsa tuam .

Affectum ergo suum testans , Opobalsama mittit ,

Extulit Elysis que sacer ales agris .

Felix in D O M I N O qui claudit lumina J E S U ,

Pulcra quies illum , Flamine teste , manet .

Protinus excipitur patriis , ut Lazarus , ulnis ,

Et cum cœlitibus gaudia mille capit .

Sunt Labyrinthæi per terras undiq; flexus ,

Non error cœlis nec dolor ullus habet .

Felix , hunc potuit tutum qui tangere portum !

Hæc dulcis Patria est , huc via C H R I S T U S agit .

Unguine tam suavi , frater , tua vulnera leni ,

Et pro W I T T E B E R G A fundere perge preces .

Paulus Röberus D. Profess. Pastor  
& Superintend. Witeberg.

Apocal. c. 14.

Luc. c. 16.

**D**UM tibi PARITI, Conjunx composita feretro  
Effertur, largis imbribus ora madent;  
Ungue genas scindit, tristes rumpitq; capillos,  
Siccine me linguis pars anime, ingeminat?  
Pone modum lacrymis, gemitus luctusq; facestant,  
Desine post Manes sollicitare pios.  
Cælis illata est Tua Conjunx, Cælica carpit  
Sancto Cælicolum gaudia mista choro.  
Illa dies veniet MARIAM qua Tibi reddet,  
Teq; illamq; simul ponet in arce poli.

Johannes Quistorpius D. & Theolo-  
gicæ Facultatis, Rostochii, Senior.

**O**ύδενος ανθρώπων τιλαῶν θανάτῳ βέλενα  
Φέδειαι αἰσθέγε παναμείλιχα, αὐτῷ ὁρέει  
πᾶσι μικραδίοις ὁρμῇ δυσεστέο θνητοῖς.  
Τίς γαρ. ποσαῖδης Φοῖον, πολυαλγέα πόλιον,  
Φεύξειαι, ηδ αἰδηψος ψυχὴ ερρύσειαι αἰτεῖ;  
Δὴ γαρ μοιραίες πολιορκεῖαι φεύξειαι τε γέρναται,  
Παρενηκάς, χήρας, αἴφνειας ηδε πένηται,  
Εθλάς καὶ Φαύλας μοιραίες αἰτεύονται κυχάνει.  
Ως ἐνδεγμα πέλει, ΠΑΡΙΤΤΙΕ, σειο ἀκοίηι,  
Τάνομα τῇ ΜΑΡΙΗ, ή μήδια φέρεγκου γυναικῶν.  
Ἐπιλέσθη πασόνων σωμάσιαι καλλιεῖαι αεροσύγη,  
Ἐμπαδὲ λευγαλέας θανάτῳ βελέσθαι δαμάσθη.  
ώς σὸν ένοεθί, σύνεσις, καὶ καλλιέργεια ὅπωτης  
Ἀτλήτης δύναμειν θανάτῳ δύναμιαι αἴλυσειν.  
Οὐτὶ δὲ ένοιδας, ΠΑΡΙΤΤΙΕ κεδὲ, δικαίων  
Ψυχαῖς πανδυάις κειθαι ἐπιχερσὶ θεοῖο,  
ἐνεύλιν ηδε τελοῦ Βίον διενδιάτη λαχέσθαι,  
πάνεοι κακήτης θαρρέως καὶ συγνά δύνεις.  
Χεὶς γὰρ δὴ μετέρως αἰδηψει κηρεῖ δαμάνταις  
ἀλλας μήδιας αἰχθόνται αὐτὶς ἔκεινης  
ὑψηλέων βασιλεὺς τῇ μυρτα καρπαται, τλῆται.

Georgius Röntg S.S. Theolog. Doct.  
& hoc tempore Universitat. Altdorff. Rector.

Quæ

**Q**uel mundi partes agitatis per volat alis  
Fama, per abstrusos itaq; reditq; locos.  
Nuper & ad nos ferali cincta Cupressu  
Venit agros, ubi se Lipsia Misnis alit:  
Et Te, prob! dixit, Vir o Reverende, marite  
Funera luctificis plangere mæstamodis.  
Sed quid agis e quid fles e quid lamentaris Ademptam?  
Incurare DEUM grande timeto nefas.  
Non amissis; sed eis tantum premissa Marita:  
In cælis iterum quippe videbis Eam.  
Siste igitur lacrymas, vigiles sopiq; dolores,  
Quos funesta Tibi Conjugis hora creat.  
Et Tu, Sancte Cini, placide requiesce sepulcro:  
Dum revocet Te Vox omnipotentis Heri.

Johannes Höpnerus D. Pastor  
ad D. Nicol. & Superintend.  
Lipsiae.

**P**er CHRISTUM partæ Christianis porta salutis  
Mors est, sic moriens ingreditur Patriam.  
Nos manet exilium, vastoq; in limine mundi  
Incertis premimur sollicitudinibus.  
Felicem, qui sic moritur, Tua mortua sic est  
Conjunx! quid luges, Emerite o Senior?

Christianus Lange SS. Theol. D.  
Profess. P. & ad D. Thomæ Lipsiae  
Pastor & p. t. Facult. Theol.  
Decanus.

**C**onjugis insignis, nota generiq; fidelis  
Corpora PARICUM condere fama docet.  
Sit tot Jacobo Rachel dedit una dolores,  
Quantos PARICIO funerala terna dabunt?

B.

Præbet

Prabet at hoc nobis solatia multa, Jebovam.  
Quod sciat autorem cœlitus omnem malum.  
Ergo Jacobum qui solabatur egentem,  
Tollere PARICII vulnera terrena potest.

Johan. Hülsemannus, Theol. D.  
& in Academ. Witeberg.  
Professor.

**E**rgo animam penetrare tuam, nuncensis acutus  
Incipit, in senio, Vir Reverende, tuo.  
Uxorem quando, Gnatam, Generumq; politum  
Extremum subito cernis obire diem.  
Scilicet hinc eribus penetrantur corda sagittis!  
Saucius hoc triplici vulnere ad ima ruis!  
Hos senii baculos tibi fractos jure gemiscis,  
Ista tue merito fulcra domusq; doles.  
Sanet Is, excelsa quia te percussit ab arce,  
Vulneribusq; ferat plasmat agrata tuis.  
Sacra Trias triplicem, quem sensus corde dolorem  
Leniat, auxilio sublevet atq; suo.  
Exue at interea, Patrem, Socrum, atq; Maritum,  
Indue Christiani & schemata sacra novi:  
Dic, nomen DOMINI, cum Iob, sit benedictum,  
Nam dedit ille meos! abstulit ille meos!  
Reddet at ille tuos, teq; illis reddet in avo,  
Quod sine nocte micat, quod sine fine manet.  
Hac scripsi patriis longè disjunctus ab oris,  
Ad mare, quod circum Cymbrica regna fluit.  
Cœlitus exoptans Patria dona entheas Pacis;  
Et Solem, post hec nubila densa, novum.

Festinante calamo scribb. Affini tristissimo  
Johannes Müller Vratislav. SS.  
Th. D. & Pastor ad D. Petri in  
Ecclesia Hamburgensi.  
Pondersa

**P**ondera si lachrymæ possent relevare malorum,  
Defunctumq; ferri prohibere Necis,  
Vilius argentum lachrymis, his vilius aurum;  
Fortior Herculea lachryma habenda manu.  
Verum, non lachrymas curat truculentia Mortis,  
Scilicet in cunctos spicula sava vibrat.  
Haud Genus, haud formam spectat, sexumve caducum,  
Et puer, & juvenis, Vir, mulierq; cadunt.  
Ergo, dolorificum luctum cohibeto, M A R I T E,  
Lex est: Nos omnes talia fata manent.  
Felix, qui D O M I N O moritur, sua præmia tandem  
Ille capit, celebrans tunc sine fine D E U M.

Georgius Tobias Schwendendorff/  
J. U. D. Profess. Pand. Publ. Curie E-  
lector. Sax. Assessor, atq; h. t. Academie  
Lipsiensis Rector.

**T**riplice matrona est, commatris federe dulci  
Atq; uno MARIÆ nomine juncta mibi.  
CRADELIANA prior, dein RÖSLERIANA secunda,  
Posterior Conjurx PARICIANA fuit.  
Et que Virtutum pulcherrima templarvgebant!  
Cum traberent vita stamina certa sua.  
O quam conjugibus requiæ fuere fideles!  
Cum ferrent casti pondera casta tori.  
O quantos passanatorum in sorte labores!  
Cum regerent curâ prosperiore larem.  
Verum has abripuit dura inclemensia mortis,  
Moribus atq; animis qua viguere pares.  
Non aliam nobis fortrem expectare licebit  
PARICI, longo juncte favore mibi.  
Degimus exhausti vitalibus incrementis:  
Deficiunt vires, lumina, labra, manus.

*Labitur internus calor, officiumq; recusant  
Ventriculi, lumbi, brachia, crura, pedes.  
Ergò mors instat nobis: sapit ille profectò,  
Ad suprema suam qui regit acta domum.  
QVIlsq; VIIs & anno 6 VIItæ pertasVs In orbe,  
aD fine M VIItæ se parat, ILLe sapit.*

1633.

Veteris benevolentiae causâ scribb.  
**Jacobus Schickfuss de Newdorff/**  
J. U. D. Sacratiss. Romanor. Impera-  
toris, nec non Huagariæ Bohemiæq; Re-  
gis Consiliarius, & Fisci Regii per Silesi-  
am S. Patronus.

**Ad Dn. M. JOHANNEM PARICUM, Diaconum**  
Seniorem ad Mar. Magdalen. Compatrem  
honorandum.

**Q**uid sociam luges, CHRISTI Reverende Minister,  
Quam tibi mors sœva pestilitate tulit?  
Ocia tuta mali sensuq; metuq; remoto,  
Perpetis optatâ degit in æde poli.  
Quorsum Ego, Tuq; piiq; volunt contendere cuncti,  
Illuc gaudendum est, jàm præuisse Tuam.

**Christophorus Poley à Thiergarten,**  
Reipubl. Vratislavensis Senator & Senior,  
Scholar. & Eccles. Praes.

**C**onjugis ergò Tuae, PARICI, obitus lugebis.  
Et multa sobolis, quam rapit atra lues?  
Ecce vices Jobi, qui passus Christia fatur:  
Qua mibi dona dedit, abstulit ipse DEUS.  
Grande DEI donum Conjunx & florida proles,  
Quod dedit ipse, suo poscere jure potest.

Mors

*Mors admorsit eis, quæcumq; caduce fuerunt:  
At divina nigro mandore dente nequit.  
Parce tuis lacrymis! tandem clementia cœli.  
Hac tibi restituet divite dona manu.*

**Jacobus Wellerus Theol. D. &**  
Ecclesiæ Brunsvicensis Pastor.

**A** Terna est, quæ cuncta gerit, pars maxima nostri:  
Tota, quod hinc superest, mors fremebunda ferit.  
Ergò luctificus frustra dolor ossibus hæret:  
Abstergit lacrymas vis animosa D E I.  
Spiritus avulsus de corpore conjugis, ulnas  
Nunc Christi æternâ sede receptus habet,  
Difficile est lacrymis, ais, abstinuisse subortis!  
Nil tamen est CH R I S T O, triste, parante viam,  
Divisum cum carne tenet, semperq; latentes,  
Corde movet rixas Spiritus imperium.  
Vita Pii variis implexa tumultibus hæc est,  
Ut mors interitus non sit, at introitus.

**Georgius Schönborner de Schönborn/**  
in Bissendorff / S. Cæs. Majest. Consiliarius,  
Commissarius, & Comes Palatinus, J. C. Regii  
Fisci per Silesiam Lusatiamq; inferior. Patronus.

**E**T tua, PARICI, Conjunx remeavit ad oras  
Sidereas, ubi sunt gaudia vera, joci.  
Ne nimium illius te turbent fata! quid istis  
Latitia in terris jàm superesse putas?  
Teutoniam ut terram pessundant horrida bella!  
Temporis ut lati spes procūl omnis abit!  
ODE US alme, tue stabilem concede quietem.  
Genti, quæ laudes tollat ad astrata tuas:

B 3;

Conditione

*Conditio illius felix, tu parcito luctu!  
Astrifero Conjunx vivit ovatq; polo.*

**Christophorus Preibisius Philos. &**

J. U. D. Profess. Publ. Facult. Jurid.  
Assessor. Collegii B. Mariæ Virginis Col-  
legiatus, Sac. Cæs. Majest. Aulæ & Palati  
Imperialis Comes.

**Q**uod tua, grandævæ fuerat quæ fida senectæ  
Totiusq; cadit firma columnæ domus!  
Intempestivè cadit illa; sed obtinet isthuc  
Antiquum, ut nulli parcere Parca velit.  
**Q**uid facias venerande Senex? committe senectam  
Et vitam soli Teq; Domumq; D E O.  
Firmiter hoc stabit fulcro prægrandior ætas,  
Cura Ministerii publica, priva domus.

Honoris, benivolentia & consolationis ergo  
adproperab.

**Joan. à Pein S. Cæs. Majest. Consiliar.**  
eiusdemq; Ducatus Vratislav. Can-  
cellarius & Reipubl. Syndicus.

**Q**uam Pietas exornarat, quam plurima virtus,  
Solamen senii Præsidiumq; tui;  
Triste satis, fateor, fidam amississe maritam,  
Idq; adeò toto pectori tute doles.  
Nil profuturas at enim fas mittere curas:  
Desinere & luctus, Vir venerande, gravis.  
Quumq; alios doceas, quæ funera mente ferenda,  
Æquo animo Uxor is funera ferre decet.  
In superas prefertim auras quam posse querelis  
Restitui, spes est nulla reliqua tibi.

Nempe

*Nempe novam C H R I S T I vivit modò munere vitam:  
Non, si vel queat, buc unde redire velit.  
Tām sortem invideas illi num tute beatam,  
Qui pius est, cupiat quam sibi quisq; dari?*

*Ita cū uirū dicas suam amico & veteri & honorando  
testari voluit*

**Nicolaus Henelius, U. J. D. Consilia-**  
rius Cæsareus, Ducatus Monsterber-  
gici, ac Territorii Francensteinensis Pro-  
Cancellarius, nec non Reipublicæ Vratis-  
lav. Syndicus.

**R**es gravis, orbari dilectâ Uxore maritum:  
Sed gravior, carum, peste secante, torum:  
Non posse officium præstare, gravissima res est,  
Ultima quod merito poscit amore fides.

Expertus loquerer, nisi gratia dia tulisset  
Nostram de mortis fauibus esse super.

**Quàm** Tibi sic raptâ vitæ Consorte, P A R I C I,  
Versari in durâ est conditione datum!

Certè ubiq; sumus, fatum hoc lugemus, Amici,  
Vellemusq; statu Te meliore frui.

Extremâ ætatis namq; incumbente ruinâ,  
Utilior multò est antè paratus amor:

Tumq; explorato qui nescit robore niti,  
Sæpe, priùs quàm vel fentiati lle, labat.

Sed, Vir scripturis longùm innutrite sacratis,  
Non deerit curis inde medela tuis.

Philosophia locos quot habet solamine tintos,  
Nil sunt: divino qui bibit ore, sapit.

Provida, scis, Patris quæ sollicitudo supremi;  
Unica quæ luctum hæc flectere causa tuum.

Quis

Quis bello ascriptos dignetur cernere flentes?  
Miles & ingenio sit sequiore DEI?  
Numen adest nobis; isti confide, PARICI,  
Quæ nos compellet, mox erit hora, sequi.

Gotf. Baudis à Guldenhuben/  
in Rudelsbach / J. U. D. Com. Pa-  
lat. Cæs. & Illustriss. Princip. Lignic.  
Consiliarius & Cancellarius.

Q uæ Canones, Morbos, Bellum dixere, JEHOVA  
Quod cum terrigenis calitus ipse gerit.  
Quam bene rem dictis terigere! diutius berclè  
Gesserunt homines bella cruenta nimis.  
Inq. homines gladios homo strinxit; humumq. cruento  
Hactenus humano commaculavit homo,  
O cœcos homines, diros compescite motus!  
Quis furor, aut mentes devius error agit?  
Insidias homines homini struxisse, dolendum est,  
Mitigat arbitrio vim DEUS ipse suo.  
Extorsit manibus gladios, indexit & orbi  
BELLA, quidem nobis horrida; bella sibi.  
BELLA maritato, viduo pia BELLA QVE lecto,  
Funera plebejus magnificisq. viris.  
BELLA Sacerdoti, Pratori, BELLA QVE civi,  
Virginibus, Sponsis, & pia BELLA Seni.  
O placidum BELLUM, sine sanguine JEHOVA per Orbem;  
Sic cum Terrigenis calitus armagerit!  
More Parentis agit, facies sit iniqua; voluntas  
Pronata tamen semper, mensq. benigna micat.  
Non perdit, quamvis feriat, castigat; avara  
Non dat mancipio corpora nostra necis.  
Quid luges igitur, Preco Reverende JEHOVA,  
Inter & emeritos gloria prima viros?

Conjugis

Conjugis amissæ quid funera? funera Gnatae?  
Funera defuncti quid Generis doles?  
Quò divina sequi cupiunt nos FATA, sequamur,  
Quo-nos-cung. loco, more, modo, vocant.  
Nil hic intererit, seriem licet ultima legis  
Lex mortis violet, divarietq. vices.  
Non obeunt, abeunt: cœlestia BELLA gerenti  
Qui vixere DEO, qui cecidere DEO.

Sympath. ergo L. M. Q. f.

Joannes à Czettriz.

Q uis desiderio sit Pudor, aut modus  
Tam chara socia, præcipiet tibi  
Verbum Mystra Sacrum, cui liquidam DEUS  
Vocem cum monitis dedit.  
Surget, dormiet haud perpetuò tua  
Conjunx, cui Pietas cordierat, & pudor,  
Incorrupta fides, puraq. castitas;  
Quando ergo invenient parem?  
Multis illa quidem flebilis occidit,  
Nulliflebilior, quam tibi, PARITI,  
Tu frustra, à Domino non ita creditam,  
Consortem repetis thori.  
Quod si Threicio blandius Orpheo  
Auditam moderere arboribus fidem,  
Non cassare redeat sanguis imaginis,  
Quam telo semel horrido  
Non lenis precibus, nec metuens minas  
Ad Mors-exanimum compulerit gregem.

C

Durum,

Durum, sed levius fit patientia,  
Quicquid corrigere est nefas.

Condolentiae ergo scrib.

Henricus Rahne / J. D. & Prof.  
in Acad. Rostochiana.

Ad Filium THEODORUM.

A nnus jam lapsus, Mater cum cara PARICI,  
Dence venenato mortis ademta tibi.  
In longos quid porrò animum diffundere questus  
Collibet, & Matrem plangere carminibus?  
Excute sollicita conceptos mente dolores,  
Omnes communem tendimus ad Patriam.  
Felix, qui genitrix pia prognatus, & illa.  
Felix, que tantā laude reliquit humum.  
Perbene qua vixit, qui non bene morte potita est?  
Si bene decepsit, cur lacrymare lubeat?

Johannes Brunemannus Coloniā - March.

Philosoph. & U. J. D. in Acad. Francofurtana  
Instit. Professor Publ.

Q uid mors est? vita est; quid vita est? non nisi mors est!  
Sic moriuntur enim Nata, Marita, Gener!  
Sic vivunt! mirare! PARICI in funere Conjunx,  
Nata, Gener caput vivere, dum pereunt.  
debit. condol. ergo deproperab.

Hendrich Köhler / U. J. D. Illus.  
triss. Princip. Lignic. Consil.

Ergo etiam fatis cessit PARITIA Conjunx,  
Omnigena specimen, famina, laudis habens,  
Inde gravis luctus viduo, de fonte dolorum,  
Tristis, & ingratia, surgit amaror, aqua.

Illa sed in cœli requiem sublata, fugacem,

Dulcore aeterno, mutat amariciem.

Non male qua vixit, bene mortua; quodq; sepulta

Decursum est, nobis, nunc quoq; restat iter.

Condolens deproperab,  
Zacharias Hermannus in Gatternj

U. J. D. Illustris. Duci Monsterberg.

Ols. & Berolstad. supremi per utramq;

Silesiam Capitanei Consiliarius.

B Ella, famæ, pestis, Patriæ tria fulmina terræ,  
Quæ mittit Orbis Arbiter.  
Bella Urbes, pagos vastant; heu regna cruento  
Bello perire vidimus.

Dira famæ urit siccatas sangvine venas,

Et ora reddit pallida.

Pallida mors pallere facit Juvenesq; Senesq;

Mors criminis stipendum.

Mors genitum privat Genitore, Uxore Maritum,

Nec parcit urna stemmati.

Deplorat Genitor genitum, flet filia Matrem,

Deflet Maritus Conjugem.

Defessus Sociam lecti deflere MARIAM

Cessa tamen PARITIE.

Non obiit, sed læta abiit, portuq; potita.

Tuæ parat locum anchoræ.

Hæc langventi animo & venâ deproperab.

DUSSELDORPII

Christophorus Rulandt U. J. D.

H EC vita est hominum, dum vivere posse putantur,

Spes fugit, & juvenes mors rapit atq; senes.

Sic tua nunc Uxor, sic dulcia pignora lecti

Tolluntur, subito corruit omne decus.

C 2

Sed

Sed bene defunctis, requies conceditur ipsis,  
Ad requiem cœli Spiritus iste redit.  
Nulla quies mundo est, turbantur cuncta ruuntq;  
Nec Pietas ipso hoc tempore tutam manet.  
Atq; nimis terres miserum, quod degimus avum,  
Addo scelus mundi, quod nova damnatio parat.  
Tu D E U S, alme Pater, mundi contaminata sis,  
Et tua nos requies non peritura bect.

Condol. & affect. testand.  
scribb.

Johannes Scharfius Theol. Licent.  
Logic, item & Metaph. Profess. Publ.  
Wittenberg.

Vox Parere, tui si Nominis exstat origo,  
Omen habes. Pates Imperio ecce D E I!  
Nempe modum lacrymis in tristi hoc ponere casu  
Doctus Apostolicis, Vaticinisq; libris.  
Si maliis deductum à Voce, Parare, PARICI,  
Omen habes. Costa solvere justa Paras,  
Teq; iter ad cœlestē Paras feliciter. O sic  
Pareat, atq; Pareat sese homo, ne pereat!

ad Div. Laurenti Pastor.  
Johannes Saubertus Eccles. Noriberg.

Triste toro Mors est; quando duo pectora findit,  
In quibus una fides luxit & unus amor.  
Triste Patri sobolis privatio, deliciarum  
Auctrix que fuerit blanda, venusta, pia.  
Est ita! sed si, que nunc sunt discrimina rerum,  
Pendimus, ex obitu gaudia mista fluunt.  
Patria vastatur: bona diripiuntur; ubiq;  
Funduntur lacryma; questus ubiq; sonat.

Mars

Mars furit, & flammis cives disperdere gaudet,  
Agricolis aufert miles avarus opes.  
Inde fit, ut vivis sit amarus Spiritus & aër  
Exosus: durum vivere; dulce mori.  
In D O M I N O nam qui feliciter exit ab orbe,  
Linquit amara: capit dulcia: liber ovata.  
Fletus ergo tuos quoq; Tu nunc siste, PARICI,  
Conjugis & Sobolis funera plange minus.  
Evixere: satis Patria videre ruinas:  
Exivere Solo: reppetiēre polum.  
Proq; malis terra, cœlesti pace fruuntur,  
Quam negl. Mars, negl. Mors dissoluisse potest.  
CHRISTE, veni, miseris e turbis eripe Martis,  
Mortis & à pastu nos super astra vehe.

Johannes Neomenius Illustr. Du-  
catus Bregensis Superintendens.

Ἄεωμα παραθύρωπικόν.  
Uxor ab ungendo nomen sortita, quod ungat  
Suavibus ungentis, seq; virumq; suis,  
Et magè, quod sanctæ Pietatis chrismate CHRISTUM  
Ungat, qua sine, non unctio grata D E O est,  
Unctrices nosti tres, VIR REVERENDE, beatas,  
Quas Evangelii pagina sacra probat.  
Raræ at aves, harum quæ sancta Exempla sequuntur,  
Cœu tua, dum vixit, Costa secuta fuit.  
Quæ CHRISTUM, quæ se, sic unxit, Teq; Maritum,  
Ejus adhuc, ut post fata, superstes odor.  
Suavis odor fidei, probitatis, amoris, honoris,  
O adjutori nobile Schema tui!  
Cujus odorati te nulla oblivio lecti  
Pol capient; bene sic mortua & uxor olet.

C 3

Evento,

E vento, ungventi, turbanti, cessit, odores,  
O quām ventorum vis inimica furit!  
Uncta cruce D e i gnati spiravit odorem,  
Spirabit cōcō Nardina juncta Tibi.  
O sic divinum quō nos spiremus odorem,  
Servos & servas, ungito, C H R I S T E, tuos.

M. Samuele Heinrich Illust. Aulæ  
& civitati Olsnensi à Sacr. Concion.  
& Ecclesiarū ejusdē Ducat. Superint.

Tò nanc̄ tñv ieḡwv dñpλά̄z̄as.

A Erumna duplicatur viris piis.  
Non semper mores sequitur Fortuna: sed esse  
Deteriore Boni conditione solent,  
Vidi ego florentes, & ab omni parte beatos  
In terris, animi qui maduere malis.  
Factatos contrā vario discrimine vidi,  
Indolis & vite qui melioris erant.  
Quin erumna viris duplicatur sapius illis,  
Quos vulgi Pietas eximit ē numero.  
Exemplo Senior nunc es Venerabilis, alma  
In Breslā, multo tempore Präco D e i;  
Cui dulcem abripuit de vexo Conjugem in aeo,  
Que grāssata fuit nuper in Urbe lues.  
O pragrande malum! quis enim desiderat eaque  
Conjugis, atq; avi Vir gravioris, opem?  
Et Templo & Domui pariter cum fruge vacare,  
Non in proclivi cūilibet esse solet.  
Non igitur dubium, quin magnā mole dolorum  
Oppressus jaceas, jam Venerande Senex.  
Fer tamen, ut debes, casum bunc patienter amarum,  
Ferte alii veluti, Te monitore, solent.

Restituet

Restituet sociam tibi vita, & Pignorachara,  
E cōcō rediens Filius ipse D e i.

M. Christoph. Neander Croſn. Sil.  
Philosophiæ Practicæ Profess. P. Acad.  
Francof. per ann. 52. ætat. suæ 75.  
συμπαθείας ή παραμυθίας ἐννα  
scribb.

C Armina me poscis P A R I T I E lignea. Praefto  
Lignea. Musa senex non meliora dabit.  
Pestis dira loco te cedere sāpē coēgit:  
Nulla fuit sedes certa, nec ulla uovn.  
Esto! sit hic nobis non-fallax mansio nulla:  
Sit fuga: sit nobis nulla tenenda uovn.  
At quō ivit C H R I S T U S, datur illic mansio nobis,  
Mansio non Genio præripienda malo.  
Hūc aspiramus. Talem speramus. Ab ista  
Nos coget Pestis cedere nulla uovn.  
Hoc Te soletur, soletur meq; senentem!  
Nos ambos capiat, C H R I S T E fac, illa uovn.

M. Erasmus Schmidt, Delitianus,  
Græcæ & Mathem. Profess. V Viteberg.  
συμπάχω scribb. ann. ætat. 68.  
Professionis 40.

D imidium esse ferunt Viduum post funera Nuptæ:  
Hoc res ipsa docet: dimidium esse Senem.  
Dimidius qvod si privatus es ergo duobus,  
Quid Tibi, P A R I C I, quid superesse potest?  
Manes, umbra, nihil. Non mirum hoc ergo videtur,  
Cur alii viduus plus doleas viduis:  
Hoc miror potius, cum manes, umbra, nihil sis,  
Qui possis alii plus doluisse viris.

Tobias Magirus Viadrinæ Prof.  
Quid

**Q**uid tibi, Chare Senex, animi nunc esse putabo,  
Si modò nunc animi quid supereesse potest?  
Quando tot erumnas, quà publica, privaq; res est,  
Conjugis exceptit flebile discidium?  
Fallor, an has voces erumpit sapius? actum est,  
De me, deg̃s meis omnibus, ben, perii!  
**P**ARICI ista tamen querulus proferre memento,  
Sit desiderio sit pudor atq; modus.  
Quin Tibi proponis dicentem fortia Jobum?  
Sic D O M I N O placuit. Sic M A L A F E R R E J U V A T!  
Ille tuam servetq; Domum, foveatq; cubile,  
Ilo individuo quam bene erit viduo!

Georgius Noeslerus D. & P. P. Altdorphi  
Illustriss. Principis Palatini & Reipublicæ  
Norinbergens. Medicus.

ANAGRAMMA I.  
**M**ARIA GERHARTA:  
ARA MIRE GRATA.  
Vel: A' RE MARI GRATA.  
Evolutio.

**A**RE que fuerat, vel MIRE GRATA Marito  
ARA, eversa necis turbine, tota ruit.  
Inde maritalis gemitus tot durat in annos,  
Nocte dieq; ferit tempus utrumq; dolor.  
Quis nunc sacra modis perages, Venerande PARITI?  
Cordis erit, sub quo viva ruina latet.

ANAGRAMMA II.  
**M**ARIA GERARDINA.  
GRAMINA RE ARIDA.

**Q**ualiter Eurydicen flevit Rhodopeius Orpheus,  
Taliter Uxor is funera flere tuum est.

Sed frustra

Sed frustra; lacrymis non est reparabilis ullis,  
Quam semel ad cumulos mors tulit atra suos.  
**A**RIDA RE parili referet nunc GRAMINA, que non  
Tingere conatus vi viridante potest.  
Praterea Superis parendum est: rite tueri  
**P**ARITIUS pariter nominis omen amet.  
Una Salus, unum Cœlum, Patria una rependet  
Uno iterum sociis tempore, damnapo. Condolentiae ergo.  
Ludovicus Jungerman, Med. D.  
Profess. P. & Botan. Ordin. Uni-  
vers. Altdorf.

Tω γενετῆρε λίπον με. Οὐέρισα δύτ' ἔλαβέν με.  
Mater reliquit me, simul & Pater, qui curam habe-  
bant sollicitam mei: Suscepit autem me beni-  
gnus Ille D E U S, Pater æviternus. Psal. 27. & 71.  
**N**on deserit me fida Senem tori  
Consors, & adjutrix: mea gaudia  
Cessant; Eam quòd aut quem requiram,  
Qui juvet, ac teneat labantem?  
In te recumbit Spes mea: Te D E U S  
Oro, potenti me quoq; dextera  
Nunc subleva, firmaq; gressum  
Atq; meos releva labores.  
In Te D E U M figo mea lumina,  
Nil est in his terris mihi amabile:  
Desidero Cœlum: salutem  
Una Fides meritam capessit.

D

Quacung

Quacunq; in hora veneris, haud moror  
Terras inanes linquere, & ingredi &  
ternas tabernas: suavitates  
Sentio nunc etiam futuras.

Cunradus Bavarus, utriusq; Lingvæ  
& Histor. Prof. in Acad. Lipsiensi.

**Q** Valis ad externos tendentem linteum portus,  
Fluctibus in mediis sapè adoritur hyems:  
Talis hyems Sociam thalami, inter vermina sava,  
Adfixit nuper, Vir Reverende, tuam.  
Sed bene, pacatis, quod jam maris ira quievit,  
Fluctibus, ad portum satva ratis subiit.  
Nam tua frigidulam vita post conjug a pausam,  
Æternum victrix nunc Stygii hostis odat.  
O ter felicem, cui post tot seva laborum,  
Nunc jugi rideat pura tenere quies!  
O ter felicem, cui post tot nubila & imbræ,  
Perpetuum splendor gloria dia Poli!

M. Michael Virdungus Politic.  
& Historiar. Profess. Altdorf.

**A**uguste Vates Numinis,  
Quod unicum rebus præst,  
Mundumq; temperat suum  
Creator & Dux omnibus:  
Heu! quod genus fati premit,  
Canos & exercet tuos?  
Heu! quod malorum maximum  
Inundat & sorbet mare?  
Quā nil tibi conjunctius  
Aut dulcissus quicquam fuit,  
Hanc nunc ademtam Conjugem  
Partem alteram tui gemis.

Hic solus hic fluctus tuam  
Evertere poterat ratem:  
Ruit alter ac alter tamen,  
Et clade cladem exaggerat.  
Flore ille primo nubilem  
Intercipit natam tibi:  
Et ille (durare an potes?)  
Geraerum novum nondum virum.  
Post solitudinem tori,  
Quod majus excruciat virum;  
Patremve, cùm nepotium  
Spes dulcis exspirat, malum?

Hæc

Hæc te pati mirè dolet,  
Et ægritudini haud levi est:  
Infecta sed quis fecerit,  
Quæ contigit fieri semel?  
Compone fluctum pectoris  
Exæstuantis: haud decet  
Audire prudentem, dolor  
Quæ gannit impotens sui.  
Malè ille consulit sibi,  
Qui figit animum, ubi est dolor:  
Quem mittere altius decet,  
Causa omnium unde & fons fluit.

Mortale per vitam genus  
Quodcunq; mulect aut premit,  
Auctore promanat D e o,  
Cujusq; qui sortem regit.  
Hiet altè adacta triplicis  
Tergemina plaga vulneris,  
Et viscera intima hauriat  
Vitæ ipsius sedem ac larem.  
Quid tum? medetur, qui ferit:  
Et obsequi huic, certa est Salus.  
Trino levamen vulneri  
Vel centuplex penes DEUM.

Augustus Buchnerus, Dresdenis,  
in Academia VViteberg. Profess.  
Poeeos.

**M** Atronale decus, Conjunx longæva P A R I C I ,  
Chara Viro, cunctis grata G E R H A R T A bonis,  
Inter honoratæ tot tristia funera B R E S L Æ ,  
Turtur ut omnigenas ah jacet inter aves!  
Siste Marite tamen lacrymas! dilecta volucris  
Subvolet ut tecum mox tua, tempus erit.

M. Georgius Kirstenius, Illust. Princ.  
Monsterberg. & Bernstad. à Concionibus  
sacris primarius, Ecclesia Bernstad.  
Pastor, & Ducat. Olsnen. Superintend.

**H** Actenus innumeros, passè ò tot funera, Iesus  
Fudisti, & querulos, corde gemente, sonos.  
Nam toties A T E illa ferox, pullog, theristro  
Adstitit ad vestras trux Libitina fores,  
Illa vel in primis lacrymarum expresserat imbræ,  
Quadrifidog, imum vulnere cor secuit.  
Qua Socia, & cordis fidissima portio, queq;  
Euphrasia & Capitis pulchra Corona fuit.

D 2

Conjunx

Conjunx chara tuo lateri que abrepta, cadaver  
Exitit e gelida & flebile sandapila.  
Quam pia, quam prudens fuerit, quam fida Mariso,  
Expediet verbis nulla Thalia suis.  
Non hac casta magis fuit Icariotis, & ausa  
Evadne in medios insinuisse rogos.  
Tali a nil curat luscarum trig a sororum,  
Quae tribulis parcit, lilia odora metit.  
Sed quid ego Lacbesin, quid Parcam incuso feroem?  
Exesse ad stygios ethnica monstra lacus.  
Quae te, que toties iterato perculit istu,  
Illa fuit JHOVÆ, Vir Reverende, manus.  
Dura quidem, sed amica tamen, sed plena salutis:  
Nam manus à morte bec nos revocare potest.  
Noli ergo lacrymis porrò emulgere cerebrum,  
Sed lacrymis finem, tristitiaq; modum  
Pone, ac in DOMINO certam spem pone, senectæ.  
Ille tue baculus, subq; cruce anchora erit.  
Qui tibi tantam inter plagam, atq; aconita pepercit:  
Te porrò salvum praeset & in columem.  
Et Senio fessum, splendentibus inferat astris,  
Cumq; tu arursum conjugé jungat. Amen.

M

Ulricus Kutzschreuterus, Ecclesiæ Pe-  
tro-Paulinæ Pastor, & p.t. Vice-Superin-  
tendens Lignic.

**C**hristicolas non una premit, sed crebra fatigat  
Sors crucis, in Vitæ dum remorantur humo.  
Primus Adam culpæ poenas cum stemmate sensit,  
Vidit & innocuam in filio Abele necem.  
Credentum ille Pater juvenis sine prole peregit  
Vitam; est expertus funera mœsta Saræ.

Davidem

Davidem Jonathæ mors contrastavit, Erinnys  
Et Soceri, & Nati facta nefanda sui.  
Perniciosa lues Patriam & Bellona fatigat,  
Non procul à multis tertia poena fugit.  
Ereptam doleo costam Venerande PARICI;  
Erepta & doleo pignora chara tibi.  
Non sub Sole novum hoc; est sed mos ille Tonantis,  
Christicolis Patriam multiplicare crucem,  
Quot rapuit nuptas & natas dira tyrannis  
Militis & avertas tanta pericla DEUS.  
Peste licet periit Conjunx & pignora lecti,  
Id factum est juxta nobile velle DEI.  
Symbolon usurpas, FIAT DIVINA VOLUNTAS,  
Agnosce in fato hoc, nobile velle DEI.  
Veteris amicitia & adfinitatis memor,  
vera & suauitatis declaranda ergo  
Olsna Sil. accelerab.  
Bartholomæus Willenberger  
de Wittenberg J.U.D.

SOLATIUM  
Ex Historia Jairi, Matth. 9. v. 26. Marc. 5. v. 41.  
Lucæ 8. vers. 41.

**O**ccidit ergo etiam tua Conjunx peste, PARICI,  
Vita tua & casta prima columna domus.  
Occidit & sobolem orbatam genitrix reliquit,  
Solamen magnum, junctum oneri usq; suo.  
Vita summa brevis, spem longè extendere nullam.  
Nos sinit, aut gratis esse diuq; pios.  
Sed si judicium CHRISTI de morte suorum.  
Expectas: dormit chara tua Uxor, ait;  
Et tutam gratum inter turbes, queso, soporem,  
Dum toto Mavors impius orbe furit?

D 3

Anclauso

An clauso potius jubeas recubare cubili,  
Dum foris offensi detonet ira DEI.  
Mand, ubi Justitie Sole apparente vicissim  
Aurora eternum parturiente diem.  
Longè aliud CHRISTI mandatum, aliamq; vocantis  
Audiet hanc vocem, Surge, resurget humo.  
Quis tibi nunc sensus, PARICI, quanta voluptas  
Quante uno evenient deliciaq; die?  
Quando tuam redivivam iterum, somnoq; refectam  
Tampulchram, & veteris conscientiam amicitia,  
Aspicias Sociam, tecumq; in regna reduces  
Calica, perpetuo iussus amore frui.  
Ergò brevem perferre moram, certiq; vicissim  
Congressus animum spe recreare, juvet.  
Dum cubat interea armorum secura marita,  
Et premium vita grata rependet humi.

Samuel Scharlach, Med. D. & Pro-  
fess. Publ. in Academ. Viadrina.

Q Vi maris æquor arat, Maleæq; furentibus undis  
Terretur, tuto in litore videt aquas:  
Sic tua naturæ postquam lectissima Conjunx  
Cessit, & ad coeli litora legit iter.  
Non metuit mundi illecebras, Syrtesq; latentes,  
Atq; ærumnarum non timet illa Notos.  
Quin placido in portu potius secura quiescit,  
Nec cupit hoc vitæ rursus arare fretum.  
Ergò quis invideat post tædia multa laboris  
Uxori requiem, VIR REVERENDE, tuæ?

Godefredus Scholtz Breg. U. J. D.

S Iccine sub cruce te voluit quoq; stare JOHANNEM,  
Cenferitis & tecum fida MARIA, DEUS!

Crux

Crux CHRISTI lux vestra fuit, qui sanguine CHRISTI  
Sub cruce stat tinetus, non timet ille crucem.  
Mors istam sequitur, sed mortem vita, MARIA  
Excepit mortem vita beata tua.  
His, qui Mysta alios, nunc te soleris & ipsum,  
Bajulus ut possum sub cruce stare crucis.

M. Joachimus Fleischer VratisL.  
Ecclesiaz ad D. Elisab. Pastor.

Mœsto, confecto Viduo curis Senioq;  
O Mne quod estrarum, charum; sed tunc fit amarum,  
Cum cadit ex oculis, dulce quod antè fuit.  
Rara MARIA fuit tibi chara MARIA, PARICI,  
Quæ fuerat γλυκεη, nunc tibi versa πικη,  
Tale suis γλυκύπικον enim DEUS, exhibet ægris,  
Archiater, secum qvos juvat esse polo,  
Est breve adhuc spacium Tibi, quo cum Conjuge restat  
Dulcia, cœlesti sumere pocta mero.  
Terminus est, inquam: metam hanc properabis ad unam,  
Seriūs aut citius sit; tamen una via est.

Amicitia & Consolationis ergo  
apponeb.

Christophorus Albertus D. Illustr.  
Principis Monasterb. & Olsnensis  
Medicus Cubicularius.

D u M caræ defles obitum, pie Mysta, marite,  
Et viduum fugiunt gaudia prisca thorum,  
Lugentem multi multis solantur amici;  
Quisq; tamen secum, quod magè ploret, habet.  
illa agrotantis Patria fors anxia nostra,  
Et desperati fata sinistra mali.

III. 2

Illa crient lacrimis, funusq; minantur acerbum,  
Certa pateat tantis nec medicina malis.  
Felix, qui vita causam melioris & ortum,  
Certus es Excessum Conjugis esse tua!  
O utinam Patriæ perpetua caterva malorum  
Transeat in stabiles nunc quoq; Pacis opes!

Franciscus Langerus, Illust. Viduæ  
Duc. Munsterb. & Berolst. Consiliarij.

**Q**ui sua fæcundis committit semina sulcis,  
Non gemit; aut lacrymis dulce fatigat opus.  
Sed jam præcipiens venturæ commoda messis,  
Gaudia non dubio pectore larga fovet.  
Hanc etiam mentem nunc indue, docte PARICI,  
Dum terræ mandas Conjugis ossa tuæ.  
Illum equidem mendax deludit sæpiùt annus:  
Signa revicturæ tu rata carnis habes.  
Disce moram modò ferre: dies extrema propinquat:  
Hac rursum capiet Te Tua, Tuq; Tuam.

Bernhardus Guilielmus Nüsslerus,  
Illustr. Princippp. Ligio Bregens.  
Secretarius.

**D**eserit, exclamas, multum tristatus, AMICE,  
Memea jam Conjunx: Deseris hanc potius.  
Illa subit cœlum: Quid Tu & Terram incolis, illa  
Pervenit ad metam: Te remoratur iter.  
Præcedit Conjunx, cur non comitaris euntem?  
An præcessisse est deseruisse Tibi?  
Non tua Te linquit Conjunx, magis ipse relinquis  
Junctam, Conjugio que modò juncta tuo.  
Consilium supereſt, DEUS est, qui diſta rursum  
Uno mox verbo consociare potest:

Huic

Huic Tu confidas, placida Te morte solutum  
Non minus ad cœli culmina celsa feret,  
Tempus erit, Socie sociaberis ipse priori,  
Dulcisonâq; feres Carmina voce DEO.  
Fido fide DEO, Cœlum cupe, lubrica Mundi  
Sperne, brevis ſiſſet ſe tua Chara tibi.

Amico veteri & Affini plur. dilecto  
Johannes Muccius à Mückendorff/  
Hæreditarius in Mückendorff/  
Duc. Ligio - Bregen. Consiliarius,  
Toruni Borussor. scrbb.

Proſopopœia, quâ piè defuncta alloquitur  
mœſtiss. & in lacrymis natantem.

**Q**uid juvat aſſiduis ululatibus aſtra ferire?  
Ponere Cupressus quid juvat antè foræ?  
E tumulo in thalamum revocare & corporis umbram  
Quid juvat? ab vanus, Chare Marite, labor?  
Absolvi penſum Parcarum lege ſequiſtrâ,  
In cineresq; leves nunc resoluta cubo.  
Nunc dolor omnis abeft, fatis deſerbiuit aſlus,  
Nil quoq; morborum toxica nigra valent.  
Cœcanitee nubes, curarum turbo fatiscit,  
Arumne ceſſant, ſollicitudo latet.  
Acta eſt nunc mecum lacrymosa tragœdia vite,  
Elysia mihi ſunt & data regna plaga.  
Aetherias auras, extincto carcere mundi,  
Poſſideo, cunctis exſaturata malis.  
Innumeros numeros threnorum calculat orbis,  
Mæſtitia & gyros perpetuosq; rotat.  
Nil ſtabile incrufat, ſed labile, & omnia in illo  
Sors ſat amara capit, Mors ſat avara rapit,

E

VANA

Vana profana abeunt, sunt omnia vana profana,  
Quam latè aërio terra sub axe lateat.  
Inconstans hominum via est, sale plena laborum.  
Salsa, parum & constans, est velut unda maris.  
Quid multis? HÆRES sum nunc, ubi dulcia tempe  
Vernant, est capitina ex corona meo.  
Idcirco Iesus latices extergetepentes,  
Infuscent maculis ne tua corda fuis.  
Ingreditur Nilum nunquam Vir fortis apertum,  
Fervida secreto lumina fonte rigat.  
Quod nequit immutari, est & quā mente ferendum,  
Ut placeant nobis quæ placuere D E O.  
Volvo tui cordis fissuram, volvo dolorem,  
Est nostri postquam copula rupta tori.  
Volvo vices miserias, vibices volvo retentas,  
Est certè Viduus qui miser esse potest.  
Sed DOMINUS placuit precurvere morte M A R I T U M,  
Donec is in tumulo sit propè, ut in thalamo.  
Nam certè Sors bac, & quā si mente putetur,  
Is palmam, mundo qui prior exit, habet.  
Nonne fuit tantum brevis & levius Hostes in Orbe?  
Nunc civis Patriæ lecta perennis ovo.  
Nonne Viator eram? quoniam nostra est via vita,  
Invenit tutos nunc requies agros.  
Nonne fui in Mundi Pelago jactata procellis?  
Nunc portum eæli laessa carina subit.  
Nonne fui grandis N A T U R A E Debitor aquæ,  
Nunc expuncta vacant credita cuncta mibi.  
Officium nulli damnosum dicitur esse,  
Officiumq; meum sed fuit usq; mori.  
Sentio nil damni, lucrī magmenta gravescunt,  
Gaudia cœlestifertilitate vigent.

Quotidie

Quotidie morior: Tharsensis scripta fatentur,  
Dissolvi cupio vivere cumq; D E O.  
Expectanda dies cuiusvis est ultima quippe,  
Et fortē mortem fallere nemo potest.  
Parvulus, imberbis Juvenisq;, Senex capularis,  
Decretam mortem Cyrus & Irus habent.  
Sic quivis moritur, sic mundi pompa labascit,  
Sic nihil in nibilum solvitur omne suum.  
Ergo M A R I T E tuos lessus compescit fidelis,  
Mānibus & requiem quoq; precare meis.  
Non prece, nec precio, non me modulis ve reduces,  
Orpheus ex Orco ceu vocat Eurydicen.  
Nam nebula finge, simili conamine nunquam.  
Immundo mundo sistere me poteris.  
Conjugium nostrum magis expectato secundum,  
Instructis agni festo, epulisq; sacris.  
Tunc tibi reddetur Conjunx, Sobolesq;, Neposq;,  
Cum quibus aeternus tunc revirescit Amor.  
Interea valeas, jus migrandire reputesq;  
Collige sarcinulas, Mortis anhelat iter.  
Actutum placido quo claudas lumina fine,  
Et mundi sordes linquere ritè queas.  
Mundus non iundat, sed Mundus polluit. Ergo;  
Qui manet in Mundo, quomodo mundus erit?  
Observantiae debitæ, erga mœstiss. Dn. Vi-  
duum, Affinē honoratis. & perpetiæ  
memoriæ ergo, erga piē defunctā  
lugens mœrensq; fundebam.  
Johannes Hubrigius Olsnâ Silesius,  
Illustr. Princip. Monsterb. & Olsn.  
à Consiliis & Secretis,

**M**orte perempta tua est Conjunx, Venerande PARICI,  
Cùm premeret Breslam pestis, amara lues.  
Lustra decem illius vitam tenuere, duog.  
Fermè anni, aeterni per data fata DEI.  
Connubium subiens rosa niveoq; colore  
Et labia & faciem tincta puella fuit.  
Et tum mature redeuntia semina messis  
Vix ter quinq; oculis viderat illa suis.  
Conjugii coluit lusbris sacra fædera septem  
Et ter, constanti famina bella fidei.  
Exaucto partus facunda puer pera nixu,  
Edidit in socio pignora plura toro.  
Natorum septem, natarum corpora, lecti  
Legitimi eximium, quinq; fuere, decus.  
Ergone Conjugio felici, tempore vite  
Pralongo, & proliis copiâ amanda fuit?  
Nil sanè hic illi fortuna benigna negavit,  
Nil cælum & cœli fata dedere mali.  
Nec, quod præcipuum est, semper Pietasq; Fidesq;  
Defuit, ac verum religionis opus.  
Namq; ipsi in primis Dominum cognoscere summum,  
Illi regnum querere cura fuit.  
**C**HRISTI hinc amplectens devoto pectore verbum,,  
Et, quæ præcepit, justa sacra sequens.  
Splendida constantis Fidei monumenta reliquit,  
Quæ fuit eterno dedita tota DEO.  
Et quia Sanctorum mors, nil nisi somnus & egris  
In terra gremio corporis alta quies,  
Certè ea sic demum terrena mole solutâ;  
Ocio tranquilla pacis amica gerit.  
Debita persolvit morti, quæ lapsus & error  
Humani generis condidit antè gravis,

Nunc

Nunc silet in tumulo corpus, nunc Spiritus alnum.  
Presidium magni gaudet habere DEI.  
Dum, postquam sonitum dederit tuba dia vocantem,,  
In lucem è latebris ossa sepulta suis.  
Conveniant iterum mens, & sociabile corpus,  
Post nullo eternum dissoluenda modo.  
Gaudia ubi erumpent cœlis aeterna novatis,  
Et que, pura, suo, jubila, sine carent.  
Illa ubilata simul vivet, redimita coronâ  
Quam geret etherei sancta caterva chori.  
Id quod, Clare Senex, tibi post tua funera tandem,,  
Eximâ pariter mente animoq; precor.

Johannes Dobricius Sittanus,  
Philos. & Med. D. P. L. C. Physi-  
cus Reip. Vratisl. Ordinar.

**U**xorem amissam nimium deflere PARITI,  
Noli, sed curis tu moderare tuis.  
Nam Christjânorum mors est reparatio vita  
Æternæ, CHRISTI quæ nece parta datur.  
Hæc nobis reddet præmissa, amissaq; dona.  
Hæc etiam nosmet vita reposa manet.  
Hoc igitur meditans spe illâ tua damna levato,  
Præco DEI: Nam spes fallere nescit ea..

Consolationis ergo avulsoq; edidicimus  
Laurentius Eichstadius, Medic. D.  
& Physicus Ordinari, Stetinensis.

**S**i quem dimidium peribent amittere cordis,  
Cui sociam blandi mors rapit atratori:  
Quid de corde tuo tandem restare putemus,  
(PARICI, cordis portio multamei.)

E 3 Quod

Quod tam multiplici laniatur vulnere, fati  
Dum tristes subeunt corcula trina vices,  
Hinc Conjurx, illinc gener, isthinc filia, cordis  
Quævis ac quivis pars quotacung, tui?  
Mirum, quod possum tantos perferre cruores,  
Nec reliqua ad plures portio cordis eat!  
Fallor & an hec eadem sensim super etbera se se  
Elevat, ac SURSUM catena CORDA petit?  
Raptim in transitu Breslaviensi  
scribb.

D. Cyprianus Kinnerus, Consiliarius  
Lygius, & fodinarum Reichsteinen-  
sium Praefectus.

**S**i Libitina seni, juveni si parcere nosset,  
Si mediae ætati, si parcere sciret amori,  
Virtuti, formæ, titulis, si posset honori,  
Si Musis, Arti, Candori, si Pietati,  
**V**IR VENERANDE, tuis Costæ, Natæ, Generoq;  
In senio senii fulcris, non orbus acerbè  
Lugeres, non indignis præcordia palmis  
Afficeres, pullâ mœstus neq; veste meares.  
Et Conjunx thalamum, mensam, cellamq; forumq;  
Et Gener ipse tuos canos, & Natæ foverent,  
Cernere ludentes esset fortasse nepotes.  
Est grandis, fateor, dura est scissura carere,  
Pignoribus tam jucundis, animisq; adamatis,  
Pectoribusvè piis, doctis, fidisq; columnis.  
Sed tibi, VIR REVERENDE, DEI Præco, tibi duræ,  
Quæso, qui premeris gemebundus mole dolorum,  
Atq; nigrum querulo sentiscens pectore vulnus,  
Diffilis in lacrymas, inquam, tibi quid faciendum?  
Quod plures diâ non rarò voce docebas,

Et DOMI-

Et DOMINUS dedit & DOMINUS rursum abstulit, illi  
Ut placuit, factum, ejus sit nomen benedictum.  
Quid præmissa doles, tibi mox quæ restituenda.  
Æternis nexu, vitæ, lætisq; triumphis,  
De Carne, & Mundo immundo, vitiis, Satanâq;  
Sulphureis flammis, cruciatu, morte malorum.  
Hæc me solantur, quoties passum graviora  
Involvunt tristes curæ, propter mihi raptos  
Pestiferis morbis partim, partimq; sagittis  
Gradivi, Uxorem, Natos & quinq; politos.  
Condol, demonstr. ergò addeb.

Matthæus Pezoldus, J.C.

Xaiçeu ḡv Xeiçw ḡnσz.  
**E**Rgōne dilectam tibi, Vir Reverende, MARIAM.  
Sustulit ante diem pernicioſa lues?  
Scilicet hoc ipsum tristi mibi mente manuq;  
HUBRIGI tandem littera missa refert:  
HUBRIGI, nostro qui pars optata Lycéo  
Vixit, nunc fato tristis & Ipse tuo.  
Quid verò tandem protractus proderit iste  
Luctus, quid, mentis carnificina, dolor?  
Mæſtitie indulſum ſatis eſt, Vir Docte, reſume  
Eusebies sanctæ pharmaca latitia.  
Utere PARICI: ſancto parere JEHOVÆ  
Confilio ſas eſt, obsequiumq; tuum.  
συμπάθειαν testaturus funde  
Altdorphi

M. Jacob Bruno Ethic. & Græc.  
Ling. Profes. Publ. Altdorph.

**D**um tua, PARICI, reverenda & cana ſenectus  
Uxorem, Generum, & Gnatam, ſub turbine tristi  
defungi

defungi vita cernit, n<sup>o</sup> mille querelæ  
exercent mentem Patriam, quæ fata fatetur  
infausta, atq; Arcem, fulcimentumq; Senectæ  
ingemit ætatis tolli: sed squallida cessent  
Ora diu pallere. Tui sic aspera rerum,  
evasere, quibus premimur, dum tristia bella  
incumbunt miseris, & multa clade fatigant.  
Illi intraverunt æternæ gaudia pacis:  
Nos quoq; anhelemus cœlum, quod nulla lacessunt  
Prælia, non ullo perterrent tempore clades.

Balthasar Cörnerus Philosoph.  
& Medic. D.

**Q**uid siles defunctam, Mystra o Reverende, Maritam,  
Ob despontatam Filiam, & orarigas?  
Non amissisti Costam, Gnatamq; beatam,  
Sed premissisti ad regna beata poli.  
Sic etenim in Fatis, MORIERIS HOMUNCIO, certa  
Meta tibi vite, mortis & hora data est.  
Et series sua quemq; sacris inscripta tabellis  
Pergere fatales cogit in orbe vias.  
Fata manent omnes immota. Quid inde? ferendum,  
Sed non cupandum, quod modo Fata volunt.  
Pone modum lacrymis igitur, Clarissime Nestor,  
Resstante vita continuasse dies,  
Nil sfendo juvat, & lacrymis revocatur ad auras  
Nullus, quem rapuit Mors truculenta semel.  
Quod factum semel, infectum (cœu creditur) hanc sit,  
Idq; animo forti nos tolerare decet.  
In cœlis ambe vivunt, quarum offa quiescunt  
Heic placide in tumulo, sarcophagusq; tegit.  
Illic vos junget, qui heit vos disjunxit, amantes,  
Perpetuumq; dabit Cordis amore frui.

Felix

Felix spes reditus, discessus lenit amarum,  
Sensum: amor exigit hoc, id Pietasq; monet.

Honoris & condolentia ergo  
Bregæ ponebat  
**Christianus Neomenius**  
Philosoph. & Medic. D.

**E**ST, PARICI, erepta tibi fidissima Conjurx,  
Erepta est animæ sic anima ipsa meæ.  
Sunt erepta tibi lectissima pignora lecti,  
Posteritasq; orani penè perempta jacet!  
Sors & in hoc eadem est, proles mihi nulla superstes  
Amplius! heu cecidit delicium hocce meum.  
Quid nunc & tene ego consoler, Venerande PARICI,  
Solat qui ipsus plus satis indigeo?

pari in luctu constit. scrib.  
**Godfrid. Grunæus J. U. Li-**  
centiatuſ.

**A**scendit Cœlum Conjurx, cur morte solutam,  
Luges, cur longis fletibus orarigas?  
Sic placuit DOMINO, quod vult divina voluntas,  
Justum est, hoc merito te quoq; velle deceat.  
Namq; suam placide vitam componere iussa est,  
E terra astollens pulvere, lata, caput.  
Sedibus etbereis perfecta gaudia vite  
Captat, & eterna munera pacis habet.  
Publica privatis miscentur plurima dannis,  
In terris miseris vexat ubiq; pavor.  
Pestis, bella, famæ totográffantur in Orbe,  
Quis cupiat vite longius ire dies?  
Ergo concendit felix cœlestia Tempe,  
Est ubi certa Salus, constat & alma quies.

F  
Pace

Pace fruens solidā, cunctis defuncta periclis  
Mundi, cum Sanctis jubila leta canit.

M. Georgius Seidel, Ecclesiae  
Olisnensis Primarius Pastor.

**P**Langite Pierides, lugubres pangite versus,  
Et Charites vestras imbre rigate genas!  
Fæmina namq; suo semper dilecta marito  
Occidit, & dira morte perempta jaces.  
Quæ Pietatis amans, omnis studiosa decori,  
Ædibus ingq; suis sedula mater erat.  
Hanc meritò sacrâ Venerandus in eae Sacerdos  
Luget cum Natis, & cecidisse dolet.  
Sic visum J. H. O. V. E., Mundi hec ut sede relictâ,  
Cœlestis peteret regna beata domus.  
Lugendi ergo modum facies cum prole maritus,  
Uxori exoptans gaudia vera sua.

M. Georgius Neander, Profess.  
Acad. Francofurt. Publicus,  
ætat. 66.

**Q**Vando oculiferium desideriumq; SEHOVA  
Dulce tuum, PARITI, rutilantia ad astra vocavit,  
Exemitq; malis, lacrymis quid pro sit obortis  
Ora rigasse, gravi & nimis induluisse dolori?  
Illi parta quies gratanda, prece atq; votendum  
Ardenti, DEUS ut nos his quoq; solvat acerbis,  
Atq; poli faciat cives sine fine beatos.

M. Hieronymus Reckleben/ Logic.  
Aristot, in Academia Lipsiensi Pro-  
fess. Publ. & Facult. Philosoph.  
p. t. Decanus,

Felices

**F**Ellices animas, melior quas Arbiter evi  
Maturè et herias jussit adire plagas.  
Non illæ immanes rerum dirasq; procellas,  
Iratiq; timent fulmina lenta DEI:  
Candida sed placida decerpunt gaudia vita,  
Gaudia, quæ nullæ sunt peritura die.  
Hac inter quicunq; suos cum Conjugé natos  
Perdidit, baudquam perdidit ille suos.

M. Joh. Ericus Ostermannus,  
Prof. P. VVitebergæ.

**I**N terris nihil est, rabidi nisi fulmina Martis,  
Et quod mortales terrificare solet.  
Quare sèpè pios DEUS avocat atque reponit,  
Inter sidereos, pax ubi læta choros.  
Omni bus ò numeris est ille beatus habendus,  
Quem mors præveniens non sinit esse senem.

M. Christophorus Nott Nagel/  
Sup. Mathem. Professor Publ.  
Witebergæ.

**V**IR senio & meritis doctis præclare, PARITI,  
Quid sibi responsi spes tua magna feret?  
De me pollitus calamistris carmina compen.  
Quæ cbara cippum Conjugis apta struant.  
Sed quot tanta modis spes decollavit oborta!  
Parva parata modò est vena paranda Tibi.  
Si tamen affectus, vice facti, candor habendus;  
Sat magnum apparet quod parat atq; parit.  
Quare dum parvo complexu chartsula parva  
Preparat hic versus, fronte favente cape.  
Quem mors è medio virorum sustulit audax,  
Excidit ex animo sapè superstitibus.

F 2

Quod

Quod vates querula regalis voce fatetur,  
Negligor, ut dudum morte perefus homo.  
Nulla abolere tibi potis est oblio Nuptiam,  
Mente reposata tua est, mente reposata manet.  
Et quamvis glebis sit densis recta sepulchri;  
Scriptum ejus nomen carmine semper erit.  
Hæc pietate paras Tibi Nomina honesta, PARITI,  
Immemor hand atas illa futura Tui.

Scribebat

M. Gottlieb Pelargus, Eloquent. Ordinarius & S. S. Theol. Profess. Extraordin. Publicus in Acad. Viadrinæ.

Prostrema hæc nostri Tibi verba putabis amoris,  
Seu Vir, sive Parens antè vocandus eras.  
Desine dura loqui, sequimur, quocunq; vocamus.  
Nam certum est, Superos hæc statuisse Deos;  
Oceanum laxent, totæ fundantur habentæ,  
Æqua simul fas est, & fera jussa sequi.  
Pestis habet; quid tum? si non inimicus IÖVA:  
Ah longæ in Mundo damna dedere moræ.

M. Michaël Schneider, Wittebergæ Moral. Prof. P.

Hoc non esse novum scimus sepelire jacentes,  
Terra etiam mandet cùm Witeberga viross;  
As generi, caro nata suauisq; marita  
Corpora tria simul condere, dico novum.  
Qui DeUS hoc triplici pia pectora sauciat i&tu,  
Reddere PARICIO gaudia eterna potest.

M. Michaël Wendelerus Prof. P.  
Witebergensis.

Qvi

Vi non semper amat, non est dicendus amator,  
Vox prisca est, Scenæ quam Philomela dedit;  
**Q**uam neq; Te ex animo paret posuisse, PARICI,  
Præco DEI, adfectus Præco probande piis;  
Dum vulgas monumenta tui haut vulgaria amoris,  
Qui Te habet in functos nocte dieq; tuos,  
Macte, Senex, pietate! pari virtute mereris  
Vivusq; & functus post tua fata coli.

M. Georgius Mellemann Græc. Ling.  
in Acad. Viadrinæ Prof. Publ.

Carmina depositis memori longæ a sepulcro,  
PARICI, ad costæ funera acerbata;

Carmina qua luctu amissas revocent tibi vires,  
Et desiderium lenius esse juvent.  
Manibus ô gratam sic rem facis usq; beatis  
Care Senex, nostri & te memorem esse probas.  
Defuncta ad Cœlum cessit dulcissima Conjux,  
Salvus ibi portus metasq; tristitie.  
Sat vixit Mundo immundo, quem liquit, & inter  
Angelicos plandit, nos preundo, choros.  
Ergo tristitias age sis proscribe tyrannas,  
Inscribens tumuli verba suprema loco:  
Fœminei Exemplar jacet hic laudabile sexus,  
MARIA, PARICI fida Marita Senis.  
Collugens facieb,  
Caspar Keslerus, in illustri Lignicio  
Ecclesiæ Marianæ Pastor, & Ducalis  
Consistorii Assessore.

Crus Crucis est constans comes; est & Abyssus Abyssi,  
Dumq; malum fluitat, confluit omne malum.  
Hoc ipsum expertus Frater perchare PARITI es  
Proh nimium! duro non sine cordolio.

F 3

Quippe

Quippe Tibi Conjurx cecidit fidissima, Cultrix,  
Quin Mater thalamii, peste furente, tui.  
Filia max Matrem, docto despensa Magistro,  
Post sequitur, Sponso hoc concomitante novo.  
Ab tristes mortes! quibus haec prae tristius unquam:  
Esse quit, ab thalamii fata sinistra tui!  
Obque, quod subita non sis quog morte peremptus,  
Miratur mecum Concio docta virum.  
Hinc etiam tecum luget, quin immo tuarum  
Cordioris lacrymis, fata inimica dolet.  
Sed quid amabo juvas dolor insatiabilis? illò  
Defunctis vitam reddere nemo potest.  
Pone modum lacrymis igitur praclare PARITI,  
Parce inquam Senium debilitare tuum.  
Illa dies veniet, quo conjungentur amantes,  
Quaeis dabitur vita perpetua in aethre frisi.  
Interea terris patiamur, quò potiamur  
Justorum Cælis, Crux ubi nulla, Bonis.  
Contestandæ fraternæ condolentiæ ergo  
scribb.  
Georgius Fabricius, Pastor & Senior  
Primarius Bregensis, Septuagenarius.

SÆVA hominum pestis, cum millia multa necaret  
PARITI, duplice nomine mortuus eras.  
Ut Pater, ut Conjurx, orbus viduusq; vacantem.  
Conspicis in primis, corde gemente torum.  
Desine flere; quam jussit D E U S ire maritam  
Qui prius in thalamum, post etiam in tumulum.  
Ille Tuæ & nostræ vitæ dator, arbiter, auctor,  
Te Viduum servet, VIR VENBRANDE, Senem.  
M. Daniel Hermannus ad D. Elisab. Breslæ  
Pro-Pastor, & Sac. lit. P. Jud. Eccl. Assess.  
Te quoq;

TE quoq; præterito PARITI corripit anno,  
Nontamen & morti mancipat atra lues.  
Gratia sic semper divina prævalet ira,  
Vulnera qui infligit, sanat & illa DEUS.  
Dum tibi lethifero Conjurx letissima morbo,  
Auxilio Medicis nil relevante, cadit.  
Conjurx ter denos ulter à tibi juncta per annos,  
Et lateri semper costa adamata tuo.  
Illa Gerhardina prognata est stirpe paternâ,  
Quam radio illustras, Magne GERHARDE, tho.  
Quin Virtute fuit nulli & Pietate secunda,  
Que rexit magnâ dexteritate domum.  
Firma Seni poterat nunc esse columna Marito,  
Et curas magna ex parte levare graves.  
Mox Gener ecce novus facunde flumine lingue  
HORNIUS egregius Peste peremptus obit.  
Filia quem sequitur BLANDINA (ben blandula) Sponsum,  
Quo cum dulce fuit vivere, dulce mori.  
Interea luctu tot funera curat acerbo,  
Ignarus que sint fata futura, Pater;  
Credere se propriis tutum non adibis audet,  
Et vix, corpus ubi nocte reclinet, habet.  
Privata bac cumulant mala publica, funera paſsim.  
Densantur, variis contumulanda locis.  
Cœlestes epulas moribundus plurimus ager  
Expetit, incutunt hinc mala densa metum.  
Te tamen in tantis Numen cœlestis periclis,  
Præsentem in columnem servat ad usq; diem.  
Sic fuit in fatis, pro nutu hac ordine miro  
Omnia disponunt, non nocitura pisa.  
Disjiciunt Mortis fatali turbine Sponsos,  
Conjugij ad iussum vincula rupta cadunt.

Ordine

Ordine turbato precedit Nata Parentem.  
Qua tamen ipsa DEUS non nisi justa facit.  
Ille quid expediat cunctis bene novit, in alvo  
Cum Matris nostra b.c. Embryo membra forent.  
Hic tibi conservet sano cum corpore vires,  
Officium ut possis ritè subire sacram.  
Et tandem fragilis decurso tramite vita  
Per CHRISTUM accipias cœlica regna: sat est.

Johannes Goldman Scabinatus Vra  
tislav. Secretarius & Notar. Provincialis.

**N**unc cùm vel crucis expertem traducere vitam,  
Velsine venâ Elegos scribere nemo queat:  
Nostram age utrimq; crucem patienter uterg; feramus,  
Tuq; à me fortes ne pete nunc Elegos.  
Quæ soler tristem, tristis Pater ipse, Parentem?  
Quæ tibi sit Medicus, qui Medico ipfus eget?  
Si qua tamen socius confert solatia luctus:  
Illa tuus mibi det, det meus illa tibi.

M. Adamus Thebesius, Eccles. Wolav.  
Pastor, ejusdemq; Ducat. Senior primarius.

**S**optimus est numerus, decies qui morte Tuorum.  
PARIC, inflixit tela cruenta Tibi.  
Asta age, qui cædit, Pater est! DIVINA VOLUNTAS  
Quæ bona, quæ justa est, facta! ferenda feras,  
E coeno nosti præmissos scandere cœlum!  
Et certæ Patriæ jure, bonisq; frui.  
Felices, licitum quibus hoc discrimine rerum.  
Corporis atque animæ reddere dona D E O.

Fabianus Schubert / Cameræ Du  
calis Consiliarius & Reipubl. Lignic.  
Pro-Consul.

JOHAN-

### JOHANNES PARICIUS,

per Anagramma

O HIC VIR IN SPE SANA.

**V**ivit Hic in luctu, o SANA VIR vivit at INSPE,  
Sana, inquam, illa, quam vita futura parit.  
Mœstitudinem nostrum quam fert absentia, carpit  
Spes redditus, ipsam nec sinit esse gravem.  
Hæc ubi perpendit bene, quem perpendere novi,  
An sit cur doleat, dic mihi, causa Viro?

Theophilus Feigius Lignici  
in illustri Johanneo Pastor  
& Consistorialis.

### Cordolium

ad arborem sive avitam Genealogiam &  
propaginem

GERHARDORUM ad plures annos multi  
genam.

**S**ic Gerhardorum Genealogiae  
Hadenus florens series & Arbor  
Ampliabatur, velut alta palma,  
Sipite prisca.  
Exitit diffusa comis Avitus,  
Hinc & bine Natalitus amicum,  
Elaboratam à me ut eam intuendo  
quæq; supereret.  
Quanta sed lugenda vicissitudo.  
Imminet jam! Multiplicata ut Arbor  
Ante a succrexit, ita intorice  
Morte videtur.  
Nam Bregæ ac Olsnæ series per ampla,  
Heu, propinquorum periit! Columna,  
Morte, Doctoris cecidit Gerhardi  
Splendida nuper!  
Filiam, Uxorem, Generum, Parici,  
Cateros nostrum tacco Propinquos,

G

Centies

Cum Tuus, ex Prolifica removit  
arbore Pestis.  
Hec quidem Uxor Pariciana dicta est,  
Sed Gerhardorum est ab origine, unde  
Ansæ fluxit, quod duodenæ proles  
sit tibi nata. (illam  
Spes erat tūm, Prolificam arborem,  
Ampliare: at magna vicissitudo  
Facta in anno, sunt homines ubi tot  
peste necati.  
Illa enim, cui nomen erat Maria,  
Liberis solum orbe tribus relictis  
Cum novem, tum, progenie, dolenda  
morire recessit.  
Scriptus est Millesimus annus olim

Ritè quingentesimus, illa Conjunx  
Nata ubi, octogesimus & secundus  
Mensis Aprilis.

Centies cùm at sedecimus volutus  
 Tertius tricesimus annus esset,  
 Tertio Octobri in Domino subivit  
     funus acerbum.  
 Mundo in hoc ergo modo lustra dene  
 Vixit, ab anno superaddito illis,  
 Mensibus quinq<sup>u</sup>, ut scio, sedecim unā  
     fretū diebus.  
 Vinculum cùm Conjugii tulisset,  
 Cū Marito in pace & amore, ad annos

Octo triginta, tredecim diesq; Mensura quinq <sup>u</sup> . O mali, & ludus violentia clades Trina! sic pro tempore quidam amati Surculi sexus cecidere nostra arbores junctim. Ergo ne fatum, minitante biatu Mortu, invisum Genealogiam Arboris tanta sinat interire, corde vorendum.
--

Cum alloquio

Ad Viduum, respectivè Maritum, Patrem, & Socerum,  
 Dn. M. JOHANNEM PARICUM, &c,

**Q**uo pacto satis hic trini, Viduate, Magister,  
 P A R I T I, ludus fata dolenda putas?  
 An gemitu fortunam, erepta conjugi, fieri,  
     Turturis in morem, nocte dieq, uelis?  
 Turturis in morem, lugubre gemiscere fatum  
     Tot, sobois, Generi, & Conjugi, hercle nefas!  
 Turtur enim viduus gemitus sua gaudia poscit,  
     Et decus amissum Conjugis bine revocat!  
 Tu vero frustra revocare gemendo laboras,  
     Nam decus amissum Conjugis & Sobolis.  
 Hic quamvis velles Uxor is gaudia mæsus  
     Poscere, quantum Mors obstat amara, vides.  
 Cum Prole & Genero Conjunx, ubi gaudia, vivit.  
     Ast ubi tu vivis, nil nisi triste, malum.  
 Ærumnas immutârunt in pramia vita  
     Æterna, proprio mortis acore citio.  
 Desinat ergo dolor, desiderium, gemitusq;  
     In te, ne senium devoret ille simul.  
 Non te commoveat, deberes jam Generi at se  
     Conjugis & Proli sorte carere diu.

Illa sorte frui, ob senium hic uno pede cùm ses  
     In tumulo, invenient sat citio fata viam.

Pro Epitaphii honore, quod d. Dn. Viduus in  
 tabula candardis marmoris in pariete templi  
     Magdalenæ, defunctæ GERHARDINÆ Conjugi  
     suis sumptibus erigi  
     curavit.

**Q**uoddam insigne quasi nobis Scriptura reliquit  
 Sacra, quod Uxor mandaverit ossa Rahélis  
 Telluri Patriarcha Jacob, monumenta sepulchri  
 Fecerit & quod ponè viam, quæ ducit Ephratam:  
 Conjugiale tuum talc est, propè templo docentis  
 Hic Cathedra Mariæ Magdalénæ, PARICI,  
 Te posuisse GERHARDINÆ monumenta sepulchri,  
 O specimen Pietatis Conjugialis honestum!

Ad sacra tu quoties transibas, obvia busta,  
 Adfectus memor ejus eras; hinc cùm via recta  
 Ducat ad id Templum, venturæ mortis, eentes  
 Obviam ibi, tecum memores fiunt simul omnes:  
     Mortis imago parata, & tessera pulchra benigni,  
     Fæcundiq; tui sic Conjugi esse videtur;  
     Sumptibus his o digna tabella, ex marmore facta,  
     Quæ vivis & defunctis monitrix manet una.  
 Effigies etenim sculpta & Scriptura notata,  
 Est defunctorum monitrix in ea, quod in antro  
 Telluris, quasi in hospitio, cum corpore moles  
 Non planè intereat, sed ab inde quiete fruatur.

Illius ossa unita licet cum pulvere terræ  
 Ingenita & membra olim dissociata videntur;  
 Tempus erit tamen exiguum quo sanguine, carne,  
 Venis atq; anima sociâ hæc rediviva resurgent,

Sed vivos monet, ut volvant in tempore secum  
Quando prætereunt monumenta sepulchri in aprico  
PARICIANA, mori pariter quoniam omnibus hora  
Est præfixa, frui hac & se quoq; sorte futurum.

Præficiā sic dictante, Adfinis Condolentia  
ergo deproperabat  
**Marcus Gerhard, J.C.**  
& Illustriss. Ducis Lignicensi.  
Consiliarius.

**S**edule Præco sacræ vocis, CHRISTI q; minister,  
Et senio, & meritis, JANÆ, verende senex:  
In mentem tibi quid revocem, solaminis ergo,  
Quod tua non melius perspiciat pietas?  
Tempore, quo multos Breslastravisse per urbem  
Seva videbantur pestifera arma luis;  
Uxoris quoq; cor charæ, terrestribus oris,  
Convictuq; tuo, mors tulit atra tibi.  
Audax jure vocer, vel saxo durior ipso,  
Si rerum bac facie te lacrumare vetem.  
Morte TUÆ, soboles genitrice, domusq; columnæ,  
Fulcro canities est spoliata tua.  
Idem jure vocer non sat pius, omnibus annis  
Hunc luctum si te perpetuare velim.  
Quod soboli damnum, domuiq; tuæq; senectæ  
Contigit, aeterno sic statuente DEO;  
Id levius reddit virtutis robora, forti  
Omnem animo sortem que superare solet.  
Quod superest, ipsi scis evenisse Maritæ,  
Exoptet fieri quæ sibi quisq; pius.  
Nil aliud potuit mors, quam convellere corpus.  
At qui corpus habet somnus, & alta quies.  
Spiritus aligeris cœli comitatus alumnis,  
Rectâ Abrahæ gremium celsa per astra petit.

b52  
Qui

Qui requie in terrâ credis gaudere Maritam,  
Lætitia in cælo, Mystra verende, frui:  
Consorti gratare bonum, capturus eandem  
Inq; polo, inq; solo lætitiam & requiem.

**M. Elias Major, P. C. L. Gymnasi**  
Vratislavensis Rector.

**P**ARITI, Eusebii decus atq; columna! Tuarum  
CONJUGIS & GNATÆ fata suprema doles:  
Et meritò. CONJUX ut enim Pietatis amatrix;  
FILIA sic cultrix Religionis erat,  
Gaudia Conjugio CONJUX ut mille creabat;  
Sic erat & vitæ FILIA vita tuæ.  
Ut fuit effigies virtutum vivida, CONJUX:  
Virtutum effigies sic quoq; GNATA fuit.  
Hinc, inquam, meritò, Tibi mors utriusq; dolori est;  
Hinc tibi tot mortes mors utriusq; parit.  
At nimium ne quæso dole. Mors traxit utramq;  
E Mundo immundo ad gaudia munda Poli.  
Et quis læto animo jam nolit linquere Mundum?  
In quo Terrigenum mors mera, vita cluit.  
In quo nulla fides, in quo vitiumq; nefasq;  
Imperitant; virtus fasq; remota jacent:  
In quo sæpe quidem loquimur Pietatis amorem:  
O faustas animas, Christo quas auspice, cunctis  
Cladibus erectas Cœlica regna beant!

**M. Johan. Güntherus, Illust.**  
Scholæ Bregens. Rector.

**C**ur mæsta redire querela,  
Tibi VIR REVERENDE jubetur,  
Tumulataq; conjugis ossa,  
Vis plangere carmine tristis?

63

Cum

*Cum nunc tamen hic viduorum  
Turbam, renovare frequenter,  
Videas thalamum socialem  
Intra annua tempora luctus.*

*Amor an tuus altius imo  
Animo quod inhæreat, & quod  
Dilecta per omnia vita  
Qua tempora mortua præsens!  
Evidem tu a chara marita  
Vivit, gremio abdita Abrami,  
Memorem & jubet esse futura,  
Quarestat in athere, vita.*

*Hanc &, tua cura sepulchri,  
Cum marmoreo monumento,  
Amor illius quod posuisse  
Meruit sibi, vivere monstrat:*

*At non modo mens pia vivit,  
Sed & illius hic bona fama  
Memor ut sit in orbe, maritus  
Satagi per carmina docta.*

*Quibus bac Anapastica metra  
Queq; Vir Reverende, putabis  
Epicedia si modo digna,  
Reliquis socianda remitto,  
Vovoq; DEUS, quod ademit  
Mors invide, tempore justo,*

*Reddas*

*Reddat tibi, jamq; ferenda  
Perferre juvet patienter.*

*Thomas Schröer J. Ictus  
& Scabirographus VratisL.*

*S*It prægrande nefas, lœtari morte suorum!  
At prægrande nefas alio sit tempore; non hoc.  
Heu quot nos miseris, heu quanta pericula cunctos  
Undiq; circumstant! Nec cernitur ulla malorum  
Meta: alia ex aliis in fata subinde vocamur.  
His sunt, clauerunt placidâ qui lumina morte,  
Erepti penitus, tutaq; in sede locati  
Illa in sede, ubi sunt cœlestia gaudia vitæ  
Æternæ, nunquam mixtos habitura dolores,  
Cur ergo, VENBRAND E SENE X, tua grandibus ora  
Humectas guttis, nimium indignatus Amatæ  
Uxoris mortem, quâ Vitam hoc tempore duro  
Et diro posuit & securam hac morte quietem  
Nacta est: quam posuit vitam, haut est vita vocanda:  
Sed potius labor, & durans ærumna, dolorq;:  
Vitam hanc non vitam mutavit perpetæ vitæ,  
Perpetæ vitæ illæ, perfectæ ubi sensus ubiq; est  
Lœtitiae, atq; movens Deus omnia in omnibus unus.  
Haut ergo est fas, Te nimium indulgere dolori;  
Fas potius, multas JAHOVÆ persolvere grates,  
Hujus quod vitæ ærumnis, cunctisq; periclis  
Uxorem eripuit, cœlesti & sede beavit.  
Is quoq; Te (forsanq; brevi) excepturus cädem,  
Uxoremq; Tibi est, Uxori Teq; daturus.

*M. Adamus Liebigius,  
Pastor Bethaniensis.*

*Nata*

**N**ata, Marita, Gener, quae norint cara Parenti,  
 Conjugi item, & Socero gaudia ferre pio;  
 Si modò itaq; piis fuerint, preclare PARICI,  
 Expertum quā Te parte latere queat?  
 Hoc donārat enim trinote munere JHOVA,  
 Letitiam senio contuleratq; tuo.  
 Singula at hac tibi sunt uno sublatas sub anno,  
 Quo Breslæ fremuit seviter atra lues,  
 Blandula Nata, MARIAM Marita, Generq; Magister,  
 Hornius, ô dolor! en occubuere tibi!  
 Sanè, si propriam cernas, contraria menti  
 Hæjactura cadet: Nam violenta nimis.  
 Si DOMINI videoas animum, qui providus usq;  
 Dirigit ad nostra cuncta salutis opes.  
 Cor na triste tuum solatia fixa manebunt,  
 Et repetes placido bac Jobica sensa metro!  
 Qui Trinus dederat mibi munera trina, recepit  
 Ista sibi, mitidum transfluit ing̃ polum.  
 Ceu DOMINO placuit, factum, quod lugeo factum,  
 Sed bene-sit-dictus Nominis ejus bonos.  
 Et quidni Nomen Domini celebrare paratus  
 Esse, hac te dum vita superstes habet?  
 Namq; Tui sunt transpositi, quò latus anhelos  
 Ferri, quoq; tuas dogmate ducis oves:  
 Lumine pro tenebris; pro bello pace fruuntur;  
 Propullà, veste clarificante nitent.  
 Gaudia pro lucib; capiunt, operāq; quietem,  
 Ipsos pro letib; cœlica vita beat.  
 Proq; casis, habitant summi palatia Regis,  
 Quæis fortunarum copia jugis inest.  
 Felices, quibus hac mutatio contigit! ô quām  
 Felicesq; Tui, Nata, Marita, Gener.

Andreas Eccardus, Past. Namslav.  
 Salve

**S**alve canities veneranda & Preco JEHOVÆ,  
 PARICI, eterna Vir pietatis amans!  
 Dum meus in Breslæ moritur CHRISTJANUS, & ille  
 Gestari à CHRISTO gestit in arte poli,  
 Absentiq; vale dum dicit utrig; parenti  
 Et Musis, tradens flebile corpus humo,  
 Mox facis officium Mystra & constantis Amici  
 Scriptis permulcens pectora nostra tuis.  
 O Stolcere met Exemplum perpende doloris!  
 Obruit haut raro me ista procella patrem?  
 Quid faciamus ais? Num desperare licebit?  
 Ledere vel lenem murmurare porrò DEUIM?  
 Absit! Namq; DEO parere & velle quod Hic vult,  
 Virtus Christiadum est ac sapientis opus.  
 Sic fuit infatis; sic JOVÆ est facta voluntas,  
 Quæ bona, quæ melior, quæ optima ubiq; fluit.  
 Cuncta facit, quæcunq; facit, DEUS optimè; Et ipsa  
 Quæ venit à DOMINO opera paterna venit.  
 Hunc super immensam curarum volvito molem;  
 Jobi dic grates sorte in utrāq; DEO.  
 Arbiter Hic vita est DOMINUSq; Hic Mortis & Orbis,  
 Terra sepulture hinc qualibet apta pio.  
 Fide DEO tantum spemq; hauri pectora firmamus;  
 Sit Nati cineri pax requiesq; tui!  
 Sustulit infelix Natum: sed fænore reddet  
 Felix, cum terris fulserit illa dies.  
 Urges Aureolum Pauli, quo Tristia inaurat,  
 Ing̃ bonum ille Bonis cedere cuncta probat.  
 JOVA, ais, inflore Hunc, quem diligit, evocat ad se,  
 Ne vita aut anima damna nociva ferat.  
 Spiritus ut tandem Tristes sacer erigat optas,  
 Sanet & atberet lugubre pectus ope!

H

Tot

tot tua mellifluis mibi missa est Littera verbis:  
O quoties lacrimis humida facta meis!  
Gratus ero quantum potero; Mente ipse reposcis  
In parili gratam sorte fidemq; pārem.  
Nemp̄ ubi deploras tua Sancta funera Triga,  
Justag das umbris Exequiasq; colis,  
Exequias MARIAE, qua BREGE è stirpe resultat  
GERHARDUM: ad votum beunata Maritatum!  
Exequias Nata; BLANDINA Hec nomine; sed spē  
Sponsa: ò Fæminei flosq; decorq; chori!  
Exequias Generi, Fatum heu crudele! futuri:  
Vir Clarus DANIEL HORNIUS ille fuit?  
Hic cupis ut Trigam celebret mea Musa sepultam:  
Hic cupis ut luctum leniat illa tuum.  
Asteget baut nostro in Tumulis Tua carmine Triga:  
Crede, vel invitā morte superstes eris!  
PARICIANA videq; Numen jam Triga Triunum,  
Cum CHRISTO q; caput gaudia vera; sat est!  
Vis, mea Musa Tuam firmes solamine mentem:  
Solamen firmum naitto: Rewitto Tuum.  
Terecreet meū fessumq; senilibus annis,  
Qui relevare potest pectora fessa DEUS!  
Cùm Tubaper trepidas sonitum dabit horrida nubes,  
Reddet JōVA Meos, Reddet JōVA Tuos.  
Tunc latā serio Nati cum Patribus ibunt,  
Cumq; Nurū Socrus cum Generoq; Sacer.  
Interēa CHRISTO vitam mortemq; probemus,  
Nobis ut superā vita sit una domo.  
At Tu Magne Senex nostri memor esto! vicissim  
PARICI mibi sit dulce in amore mori!  
Georgius Stolcerus Ecclesiaz  
Hainoviensis Pastor & Diaconus  
Eiusdem Decanus.

Mvñua

Mvñua.  
Rom. 14. v. 7. & C. 8. v. 38. 39. accommodum.  
JHOVÆ, non Mundo, Vitamq; Necemq; dicasti;  
Mundo, non JHOVA velleris ista lue,  
Peste cadant: JHOVÆ non avelluntur amore,  
Quorum Vita, bono, Morsq; sacra DEO est.

Sebastianus Reichel / apud Trebnicensis Pastor, Presbyterii Ducatus Olsnensis Senior, sinceræ omittableness ergo ex Armo Affinitatis, compaternitatis, & singularis veteris amicitiae nexu suscepit adponebat.

Ergone sic moritur MARIA GERHARDIA, longum  
Sancta Viri pietas quam supereffe vovet?  
Sic fuit in fatis: homines ita pallida cunctos  
Mors rapit, & nulli parcere Parca solet.  
Non tamen amissa est MATRONA MARIA: praivit,  
Non periret: nostrum est, cùm vocat hora, sequi.  
Ne, SENIOR, curas moriendo expectorat omnes  
COSTA, malum fugiens, nos quod in orbe premit:  
Ilic ora Patris, cum Gno & Pneumata sacro,  
Perpetuoq; videt, perpetuoq; canit.  
Ergo modus lacrymis esto, VENERANDE PARITI,  
In lacrymis pietas destinat ipsa modum.  
Qui te servavit Puerum, Juvenemq;, Virumq;;  
Effectum servet te quoq; JOVA Senem.

Ita sincero ex affectu voveo  
M. Joachimus Pollio, ad D. Mar.  
Magdal. Breslæ Diaconus, & Collegii  
B. Mariae, quod est Lipsiæ,  
Collega.

**D**um Bellona fremit, crepitant in fornice Caci,  
Serpit & in vulgus, prob dolor, atra lues!  
*non a vobis*  
Erumnis pressus qui non sua fata doleret,  
Abderitana pectora plebis habet.  
Hinc meritò exultas, Senior Clarissime, Chara  
Cœlica transferit tempe, animilla, Tua.  
Erepta est lacrymis cœlesti sede potita,  
Ambroſia fruitur leticijsq; meris.  
Lipſiae inter tumultuum bellicorum ver-  
tiginem debitæ συμπαθείας ergo  
scribb.

M. Lucas Pollio Vratisl. SS. Theol.  
Baccalau. Lipſiae Colleg. Minor. P.P. Fa-  
cultat. Philosophicæ Aſſessor & crea-  
dis Magistris p. t. Procan-  
cellarius.

**L**ustra ubi fermè octo tecum MARIA GERHARDIN  
Vixerat in socio, VIR REVERENDE, toro;  
Sat morti matura abiit, quò poscimus omnes,  
Tempore nec longo Tu cupis ipse sequi;  
Scilicet ad superas sedes, ubi vera ea vita est,  
Quæ trepido mortis tuta timore caret.  
Pro mortali igitur vitâ cùm morte carentem  
Degat; cur tibi eam morte obiisse putas?  
Præsertim, cùm non tantum super æthera cæli,  
Verùm etiam in terrâ (crede) superstes agat.  
Nempe tuo in cordis thalamo virtusq; fidesq;  
Conjugis hoc ipso vivit amata die;  
Inq; piorum hominum dextris sermonibus, exsors  
Invidiæ, & lethi nescia fama viget.  
Corporis intuitu, tibi quem tristaris ademptum,  
Efficit, ut facili mente carere queas,

Venturi properè spes haud incerta dici,  
Quo canet ætheriæ vox inopina tubæ,  
M. Jeremias Nigrinus Pom.  
Scholæ Rostoch. Rector.

**N**ulla potest tantum jactura creare dolorem,  
Quantum Mors charæ conjugis una creat,  
Experto credes, experte, Marite, Marito,  
PARICI, sacra Myſta verende Domus.  
Quem Tibi dilectæ peperit Mors sola GERHARDÆ,  
Omnia, quæ passus, vincit acerba dolor.  
Nec mirum, fida spebamen dulce MARITÆ,  
Cùm moritur, chari cor laniare vari.  
Cujus amor seros, erga Te, crevit in annos,  
Crevit, in ambigua sorte, probata fides.  
Sed velut afflictis afflictio sàpè creatur,  
Nascitur è curâ cura, dolore dolor:  
Sic Tibi plura tuum triplicarunt funera luctum,  
Dùm Gener & Genero Nata juganda cadunt.  
Ille sacram Domini pridem succinctus ad aram:  
Ista sui sexus non mediocre decus.  
Hec sunt illicum quæ possint frangere pectus,  
Cùm junctum toties multiplicata premunt.  
Quæ tu juncta tamen fortisq; pectora ferre.  
Scis superimposita subdere colla cruci.  
Scis sua sollicito ſolatia dicere cordis,  
Quæ prius hand paucis ſunt medicata Malis?  
Ille DEUS ſolido confirmet robore: ne Te  
Supprimat emeritum sarcina tripla ſenem.  
Qui cædit DEUS eft, DEUS eft qui vulnera sanat:  
Illud & hoc meritò ſuſtinet omnis Homo.

M. Henricus Cloſius, Scholæ  
Vratislaviensem Magdanæ  
Moderator.

**O**dit me Mundus : Mundi sed evo bdiun nil :  
Qui placet huic Mundo, displicet ille D E O :  
Mundum contemno : tu Munde maligne valeto :  
A Mundo immundo mundor ego minimè :  
Sed C H R I S T i sanguis me criminē mundat ab omni,  
Totius is mundi diluit omne nefas.

Contrà.

**Q**uam gratum Cælum ! Quanta est præstantia Cæli !  
Qui Cælo infertur, gratu ut ille D E O !  
Cælum suspiro : tu Cælum patria chara es :  
A Cælo mea mens non aliena sapit.  
C H R I S T u s enim cæli, subvectus ad astra, reclausit,  
Ade quas lapsus clauserat antè fores.  
Tu quoq; contempsis Mundum, Venerande Marite,  
Expetis & tantum gaudia vera poli,  
Justo participem te voti tempore reddet  
C H R I S T u s, restituens Te mibi Meq; tibi.  
Quisquis amat Christum ; Mundum Christum contemnit & odit.

Et vice versa,

De spicitis Christum mundum, Christum qui su spicit istum :  
Su spicit mundum, Christum qui de spicit amens.  
(vel)  
su spicit ist  
de spicit Ipsum.

à M. Andreâ Cnospio, C H R I S T I,  
p. t. Exule. P. L. C. Noribergæ.

**D**um fremit immiti Fortuna asperrima vultu,  
Et rabies veram quassat Hetrusca fidem ;  
Cura gregis sancti peregrinas fertur in oras,  
Pulsa sinu injustè, terra Bohema, tuo ;  
Nec satis est vertisse solum, tristissima passim.  
Suscitat inflictam temporis ira C R U C E M ;

Asperat

Asperat Exilii miserum sed & ipsa dolorem.  
Mors, rapiens patrio pignora chara sinu.  
Tunc quoq; sentis hoc PARICI fidissime Mystes,  
Et tua non uno nomine damna gemis,  
Namq; una & Patriam cernis lethalibus armis,  
Cædibus, & miserâ conditione premi ;  
Accensam extingui V E R B I studiiq; Lucernam,  
Et spargit tenebras, impietate, truces ;  
Clades augeri proprias, belliq; furores,  
Mille pericla domi, mille pericla foris ;  
Ex oculis sobolem tolli, Charamq; Maritam,  
Affines, Fratres, sangvine, Gente, tuos.  
Est res dura nimis (fateor) tot casibus angis,  
Consumi lachrymis, anxietate mori !  
Quid tum è Justitiæ sati hâc ratione perenni  
Fit, qvam peccatis lædimus innumeris ;  
Vera fidesq; D E I Natorum ritè probatur,  
Purgantur nœvi, surgit acerra precum ;  
Itur & ad partæ Cœlestia gaudia vitæ,  
Non nisi per C H R I S T I vulnera, perq; C R U C E M .  
Illa tuo qvare volvens in corde repone,  
Ceuq; tua semper signa salutis habe,  
Aspera si clætus vinces tua fata, sciesq;  
Quod sit, sola tui C R U X medicina, malū,  
Cognoscesq; simul qvo pacto mitis Jöva,  
Enecet, extollat, vivificetq; suos.  
Felices qvicunq; illi confidere possunt,  
Ejus & immensum nomen ad astra ferunt !

Fraternæ συμπαθειας ergo concinnata

**M. Johanne Hertwicio, quondam**  
Ne Pragæ ad Ædem Majorem S. Stephani & D. Apollinaris in Monte Ventoso Pastore,  
& Consistorii Ordinum Regni sub utraq; Affectore,  
nunc Exule Christi, Elect. Sax. Stipend. & Hospiti  
Academico VVitceb.

Frasver Gedichte

Auff

# Frauen MARIÆ GERHARDIN Absterben/etc.

Ex numerorum Triangularium Cabalâ.

1 3 6 10 15 21 28 36 45 55 66 78 91 105  
**A B C D E F G H I K L M N O**  
120 136 153 171 190 210 231 253 276 300.  
**P Q R S T V W X Y Z.**

21 278 410 532 382  
F. MARIA geborne GERHARDIN aus  
178 1004 562 244 406  
der Fürstlichen Stadt BRIEG: Frau

371. PARICIA. Summa 4388.

Allusio ιωψηφος ex Psalmographo,  
P. 86. v. 12.

43 357 87 219 267 313  
Ach HErr ich Ehre deinen Naahmen  
539 102 186 406 176 633  
Ewiglichen: Dann es ist deine Gütte  
457 381 165  
gross über MICH.  
Summa facit, 4388.

## PARODIA OPITIANA

Sonnet.

Q Dass alle meine Noth/auf so viel Creuh/vnd Plagen/  
Auff tausend Tücher/vn Tod/auff schwere Trawigkeit/  
Auff das/wodurch mein Herz empfandt viel Herzeleid/  
Hab

Hat mir der Himmel-Gott mein Wunsch nicht abgeschlagen.

Ich kan/muß gewiß ist von schönem Glücke sagen/

Weil ich nicht höre mehr von Mars vnd eysern Zeit/

Sondren schawet was mich Gottlich hoch erfreut/

Was Euch betrübt vnd frantet ist nu mit mir begraben.

Die Freud die süsse Freud so hier in Fridland schwebet/

Mir meinen Geist erquicket/die Seel mit Engeln lebet/

Palmen Zweig' ich trage/bekleide in weisse Seiden. Apoc. v. 9.

Ich/ach! HErr Ihr ewig deinen Nahmen mittelet/

Dan es ist über mich deine grosse Gütte/

Die Freud ist wol vorfausche vmb alles Creus vnd Leyden.

M. Adamus Büthnerus, P. L. Cæs:  
in Fortalicio Dantisc. Mündæ, ad ostium  
maris Balthici, Pastor.

Gen. 43. v. 14.

Ego autem quasi orbatus absq; liberis ero.

**N**IL sub sole novi: similis fabella per orbem  
Luditur; at ludum peragunt diversa περιστατα.  
Thejologum tedas celebrare, creare nepotes,

Orbari pariter, fatis urgentibus, iisdem,

Nil sub sole novi. Tribuum stirps prima JACOBUS

Extruxit, teneris simul agnis imbuit aras,

JOVAM suspiciens: sed non sine compare vitæ,

Vix prælibata gamici dulcedine lecti;

Altera, parturiens graviter, perit: Optima proles,

Cui cœlum, cœliq; sator, materq; Paterq;

Optima prædixere procul loca dissita, tectis

Ejecta è patriis, adit ad famulare lacunar:

Captivus Simeon solus luit; Inde videndus

Benjamin petitur, Fratrum comitante catervâ.

Quid Genitor & luget complens ululatibus ædes;

I

Ah

Ah miser, orbus ego fero sine prole superstes?  
Quin moriar potius lentè, nigra busta parabo.  
Interea mœsto bona sidere gaudia surgunt,  
Usurpat proprio bis senos lumine natos;  
Et reddit ad mentem. Quæ sors, VENERANDE PARICI,  
Te premat in senio, lacrymans his auribus hausi,  
Blanda Tibi Coniux; nati, natæq; fuere,  
Præsidium viræ, firmamentumq; senectæ.  
Sed rapit hora omnes fatalis. Acerba fatigans  
Cura animum in partes nunc huc nunc dividit illuc.  
Hoc sub sole novi nihil est. Pia fata dedere  
Mortales; Tibi præ-qui sunt super æthera missi;  
Sed non amissi. Punctum est subtile, videbis  
Hos immortales, laudantes cominus agnum.

M. Michaël Eder, Fraustadii  
ad Præsepe Christi Minister.

C Onjugis ingentes dicens de pectori luctus  
PARITI, vitam tristis & orbus agis.  
Dum decus omne domus, tua gaudia regnâq; poscis,  
Quæ moriens secum casta MARIA tulit.  
Heu quantus dolor est & quam immedicabile vulnus  
Pectoris: orbari conjugi, mœstus aii.  
Scilicet est tantè gravior, bone Vir tibi, mœror;  
Quò socialis amor firmior antè fuit.  
Sed moderare tamen planctum, moderare querelas:  
Nam Pietas luctum mandat habere modum.  
Adspiceres hominum fluxas, quam tristis imago  
Mundie? bei veniet magna ruina brevi!  
Casibus eripitur varius, qui morte beatâ  
Evolat, in cœlis invenit omne bonum.  
Sed quid ego moneo? Sanctorum Exempla Virorum  
Cum sequeris, monitis haud opus ergo meis.

Spiritus

Spiritus & Sanctus Tibi præstò est, robore cujus  
Rebus in adversis omnia ferre potes.  
Illius impulsu Monumentum & pignus Amoris  
Erigis insculpens ultima Dicta probè!  
Vive DEO felix, mea Conjunx, accipe justa;  
Et Christi in cœlo gaudia vera cape.  
Diligo Te sanctè, doleo tua funera, tandem,  
Disjunctos jungat nos nova vita, precor.  
David Bohemus, Ecclesiae  
Berustadiensis aulicæ & Oppi-  
danæ Pastor, Ducatus Olsna.  
Senior.

Q Vo te animo dicam sensuē fuisse PARICI,  
Mystra sacer Domini, facie venerande senili;  
Qvo te animo affectum dicam sensuē fuisse,  
Quando brevi spacio septemq; decemq; tuorum  
Funera vidisti, qvos mors demessuit atra,  
Uxorem, generum, natos, dulcesq; nepotes?  
Qvo te animo affectum, dicam sensuē fuisse  
Tantaliden natis septem, totidemq; superbam.  
Natabus Latonigenum sic perculit ira,  
Ut cito mors cunctos (heu) matre dolente necaret.  
Qvo matrem miserè affectam mœrere putamus?  
Tota ea dirigit mox faxea facta dolore.  
Tu quid agis tanto tactus mœrere PARICI?  
Non dubium est mœror tibi qvin qvoq; pectus adurat,  
Tot propter clades angusto tempore factas!  
Sed quid agas tanto in luctu, fluctuq; sub isto?  
Uziaden specta, solida pietate celebrem,  
Et quem sublimi Patientia sede locavit.  
Huic etiam natos bis septem luce sub una  
Eripuit miserè mortis violenta potestas:

I 2

Intulit

Intulit & Satanæ fraus agmina multa malorum :  
Is tamen eretus stetit, ut Marpesia cautes,  
Firmatus Domini dextra Omnipotente benigni,  
Omnimodo Satanæ nusquam penetrabilis ictu ;  
Et media fælix durorum in mole malorum.  
Laudavit Domini Sanctum super omnia nomen.

O pietas invicta animi, insuperabilis omni  
Adversorum acie : O duri Patientia viatrix.  
Muniathæ laudata tuum pectus quoq; virtus,  
Qvodq; gregem sanctum docuisti voce PARICI,  
Exemplo bono & ipse proba. DEUS aspera sanctis  
Per multa immittit, magis ut virtute nitescant.

Quanquam si justa trutinentur singula lance,  
Tempora si spectos miseræ præsentia vita.  
Mors cito, non mala mors. Sed vita beata piorum est.

Agmen at amissum quereris multosq; tuorum ?  
Confiteor multos : amissos credito nunquam.  
Dimissum est agmen, simul agmen restituetur,  
Multæ serens gaudet meritò quoq; divite messe.  
Heic luctus multus, sed & illuc gaudia multa.

Verum hæc me melius novisti & rectius ipse  
Breslæo populo cum fructu & laude recludis ;  
Qvod porrò ut facias, faciat Clementia JHOVA.

In gratiam & solatium  
Domini & Amici veteris

Invita Minerva  
pangebat

Michaël Hene Vratisl.  
Reipubl. Lignicensis Notarius.

R Ebus in angustis DAVID Rex atq; Prophetæ,  
Certæ pœdibus, dixit, IÖVA potens :

silens

Tu

Tumea ut affligis curarum mole fatigans  
Pectora, sic eadem vivificare soles.  
Id quoq; PARICI, dixti, Venerande, necatis  
Non modò percharis, Conjuge, Prole, tuis :  
Sed Genero quoq; mox dulci, nobisq; probato,  
Cum Te & ter Pestis iustæ abire loco :  
Ipse ut narrabas Patriæ cùm tecta viderem,,  
Ad gemitus veniunt hinc mihi verba meos :  
Quæmitto, simul & que mittit Leucoris alma,,  
De tristi fato testificata tuo.  
Quæ ut similes casus tristes aliusq; levarunt :  
Sic tibi in hoc luctu dulce levamen erunt.

PS. 71. v. 20.

M. Johannes Frimel Vratislavensis,  
in Eccles. Witteberg. verbi Mæister.

O Matronarum decus, & præfulgida stirpis  
Gloria, rapta Tuis Mater atrocelue.  
Si Manes gemitu, aut lacrymis revocentur amaris,  
Cum Natæ Conjunx viveret atq; Gener,  
Jungimur ast alia cùm non ratione JEHOVÆ,  
Quam cùm per mortem scandimus astra poli,  
Gratamur MARIE & Natæ, Generoq;, quod ipsi  
Jam juncti, exultant, qui regit astra, DEO.

M. Johan. Liptiz Argentoratenfis,  
Ecclesiastes Thorunensis & Consisto-  
rii Assessor.

C Anæ Fides ! BRESLÆ pia dudum fama, PARICI :  
Quæ tanti obnixis Te nova grando malis ?  
Nix veneranda sacri Capitis ! qua furva liquavie  
Tanto ate in præcepis impete te Senium ?  
Se licet obreptu tacito se ipsum ingerit à se ;  
In te per clades tot simul omne ruist.

I 3

III

Illa, tuam insolitis ausis gravata per Urbem;  
Illa Orbem infandis depopulata modis;  
Illa, tui Senij tot ubi Solatia demisit,  
    Tam properi, Pestis, caussa tibi Senij est.  
Esse cœva solet plarumq; marita marito,  
    Dulce Senifulcrum: Concidit, ecce, tibi!  
Et grandinatu Patri sunt grande levamen.  
    Nata: Mors natas suscitit & Generos!  
Quid tibi tam Viduo, tamq; Orbo dixero porrè?  
    Aut nimium, aut dixi, hec ut duo verba, satis.  
Quite, quiq; domum tam desolavit amicam,  
    Soletur rursum Teq; Domumq; DEUS!  
Detq; tibi vegeto cum Mose equare Calebum!  
    Qui, quod abhinc juvenes, & valueré senes.  
Cetera, qui superant, NATI tibi gaudia præsent,  
    Qua capiat felix, que cupiatve, Pater!

In commune dolens animitus precab.  
M. Abraham Paricius, Reipubl.  
Neostad, quondam Senator, Cognatus Vidui.

**U**xorem fidei per lustra vel octo probata,  
    Solamen cari deliciumq; senis;  
Et pariter Natam & Natæ uno momine Amores,  
    Efferre, & tumulo composuisse brevi;  
Tale est, quod nimis afflicti Cor triste Mariti,  
    Quod Patris & Saceri findere jure queat.  
Tale tamen, quod non solùm tibi contigit uni,  
    Hei quotus est, passus qui hisgraviora fuit!  
Tale etiam, cui faste ferrum obtendere triplex,  
    Quæ Vir, Christjanus, Theiologusq; bonus.

Thom. Schramus, Reipubl.  
Suidn, quondam Consul.  
Uxorem

**U**xorem quis amat? non huic obit absq; dolore,  
    Atq; ex hoc illi tristis habetur honor.  
Sic tuus in dubio non est amor ergo PARITI,  
    Ulsq; adeò raptà conjugè quando doles.  
Quin nec subsistis, sed supremum addis honorem,  
    Quo pulchrum sacro marmore ponis epos.  
In partemq; vocas, quem nosti pectore amicum,  
    Ut lessu meritus perpetuetur bonus.  
Quidnam igitur è cestetne debinc amor iste precabor,  
    Ut dolor, & cestet sic operosus honor?  
Non ita! sicut amor completo at honore dolorem,  
    Atq; idem haut spernas gaudia mandat amor.  
Nempe tua in calis capit optima gaudia Conjuncta,  
    Et tu animum heic nolis exilarare Tuum?

Johan. Blaufus, J. C. &  
Scabinograph. Vratislav.

**C**um membrum, humano, princeps in corpore languet,  
    Tum totum corpus languor acerbus habet.  
Exemplo, VENERANDE SENEX, es, dimidiatum.  
    Qui Viduus nunc in corpore pectus habes.  
Non levis inde dolor redit ad præcordia, vulnus  
    Pectoris, heu quoties hoc meditare tuum!  
Pharmacæ, CHRISTE, ægro ac solatia firma ministræ,  
    Corpo fac valeat, fac animoq; diu.

M. Casparus Wolfart, ad D. Elisabet  
Breslæ Diaconus.

### MARIA GERARDIANA

In triplici Anagr.

IGNARA, RIDE AMARA.

RIDE GRANA AMARA.

IGNARA AMARI, ARDE.

**N**Empè supernorum bene gnara MARIA Bonorum  
terrenam banc facilmente relinquis burnum.

Cauilla

*Causa est; multiplici quia tota repleta labore,  
continuis agitur non nisi Vita malis.  
Hinc aliam queris Patriam sine Morte manentem;  
Cælum, edocta probè, pulcrius esse Solo.  
I leta è tenebris ad lucem, è carcere in arcem  
ætheream, ad partas I celeranter opes.  
IGNARA, & RIDÆ, quæ constat AMAR A fuisse;  
qua modò AMAR A, en nunc dulcia GRANA cadunt.  
I salva, atq; DEI, heic IGNARA quid uspiam AMARI est,  
ARD E contiuu collequioq; frui.  
Annus, & sedes, qvò portio maxima Voti  
pendebat, properè pergis adire poli.  
Gande ibi perpetuum Sanctis cum millibus, & quæ,  
cara sit in calo vita dolore vacat.*

Zacharias Hoffmannus, Pastor  
& Senior Herrnstad.

*Vita DEI donum, mors culpæ est horrida poena:  
Ergo lubens donum suscipe, Amice, DEI.  
Dein quoq; constanti fer pectore pemata dira,  
Quæ non à durâ mente venire solent.  
Hactenus ecce Tibi facies fuit horrifica JHOVÆ,  
Sed tandem fiet splendida, læta, bona.  
Vivimus hic miseram vitam, post tempora vita  
Gaudia succedent ordine, vera, suo.  
Gaudia, quæ gaudet Mundus, sunt fluxa caduca.  
Fluxa, caduca solo, gaudia mille polo.  
Gaude ergo in Domino potius, qui vita salusq;  
Et lachrymas hilari fronte reconde tuas.  
Nam Conjux erepta solo, nunc redditâ Cælo:  
Redditâ Sponsa DEI, gaudet amore DEI.*

Interea

Interea Tu vive D E O, morere atq; beatè;  
Cœlica sic tandem gaudia parta Tibi.

Jacobus Scheffrichius Præpo-  
situs Ecclesie Olsnens.

*Vita fuga est, facit, ut fugias Mavortia proles:  
Quæ solet & furias vincere, quando furit.  
Ignis, aquæ alluvies, & Pestis triste flagellum.  
Interdum propriâ sede sedere vertant,  
Catera non dicam, neq; possunt omnia dici:  
Quæ mihi parturiunt; quæ tibi sæpè fugam.  
Infelix fuga talis: & undiq; plena querelis.  
Si peregrè pulsas ostia; nemo domi est.  
Sola fuga hæc felix, quæ fit duce morte beatâ.  
Sic fugis in superum regna, DEIq; domum:  
Tutus ubi locus est: requies ubi vera; ubi Pax est:  
Omne ubi, quod Pacis gaudia turbet, abest.  
Cur igitur nimium dolcas, Venerande PARICI,  
Dum fugit hinc lateris costa, MARIA, tui:  
Effugit omne malum, fugiens ex carcere Mundi.  
Qui fugit in Patriam, tutiùs ille fugit.*

Sub furore fugantis Bellonæ,  
scrib. Lesznæ Polon.

Johan. Heermannus P. L. C.  
Eccles. Cœbenens. Pastor.

Parodia.

Od. 21. lib. 1. Carm. Horat.

*S Peratam Genero plangere virginem,  
Desponsum dolui, plangere TE, Virum,  
Uxoremq; PARICI,  
Dilectam penitus tibi:*

K

Scis

Scis latos Animis in nemorum plagâ,  
Quicunq; etherio sunt super Atrio,  
Divis in Paradisi  
Hortis, & gremio D E I.  
Scis Tempe Järiden cingere laudibus,  
Legalemq; Ducem Gentis Isacidae,  
Thesbitemq; Prophetam,  
Suscepitos superum choris.  
Heic Natam sociandam, heic Generum novum,  
Psychenq; à gladio & crimen liberam,  
Sanctos inter Alumnos  
Raptam CHRISTUS habet nece:  
Georg. Thebesius Lign. S. P. P. Eccl.  
ibidem Archi-Diaconus.

MARIA GEERHARTIA,  
BLANDINA FILIA, SPONSA,  
SPONSVSq; HORNIVS,  
NON OBLERVNT, AST NOBIS,  
EN, PRÆIVERVNT.

Arayzaunaiajwōs, abjectis Aspiratis,  
& literâ S; geminatâ, in uu mutatâ.

QUID PARIS SUSPIRIA? AN NON IN URBE  
SIGNA, FUNERA? AN NON PLORATUS?  
MORTUI IN SALVATORE BEATI. O BENE.

**Q**UID dilecta mihi, Conjunx, SUSPIRIA, cano,  
QUID mea, cum Sponso, Filia, tanta PARIS?  
Ult sine profusis lacrymis, noctesq; diesq;  
Nunc ego non etiam vivere & esse queam.

AN NON tristitia SIGNA istuc dantur IN URBE  
Plurima Multorum & FUNERA mæta, prius &

AN NON PLORATUS, temerantes ora, genasq;  
Turbine postremo hoc angulus omnis habet?  
Angulus omnis habet luctus, SUSPIRIA verè,  
Qua quoq; progignunt horrida bella piis.  
Hec, scio, quod casu non fiant; Omnia sed quod  
Tergeminò fiant, sic mediante D E O.  
Is quia jam misi te, O Conjuræ dilecta, Maria.  
Cum Gnata & Genero sustulit ante diem.,  
Nec mibi PLORATUS es revocabilis amplius ullo,  
Parcere me lacrymis, tristitiaq; decet.  
In primis dum me, afflatus primordia rerum  
Condita sunt cuius, Spiritus ille docet;

MORTUI IN eterno quod SALVATORE BEATI

Apocal. 14.  
v. 13.

Sint omnes, reclæ qui coluere D E U M;

Vosq; fuisse sciäm, vere pietatis amantes,

In Christum firmâ Vosq; abyssè fideis.

O BENE cum Vobis actum est, namq; amplius haud Vos,

Ut nos in mundo, tristia fata manent:

Gaudia percipitis sed jam dulcissima cœli,

Gaudia non finem, non habitura modum.,

Ergo prævistis mibi quæ, salvete, valete.,

Pectora chara, reor, protinus ipse sequar.

Vero ac serio affectu,  
Anno 1634, ut supra, collugens fac.

Johannes Teutschmannus Vratisl.  
Ecclesiae Bernhardinianæ in Neapoli  
Diaconus Sen.

**Q**uisquis in immites terrarum nasceris auras,  
Ingrederis vacuas absq; nepote domos :  
Accedant volucres successu temporis anni,  
Et torus, & socii pignora grata tori,  
Imminet atra dies cunctos quæ tollet amores,  
Sive ea dura tibi, sive ea dura tuis.

K 2

Effigies

Effigies vivis expressa coloribus extat  
PARICUS, canæ religionis amor,  
Excidit huic fato Conjunx, & lata propago  
Conjugii, atq; tener gloria blanda nepos,  
Arduares, dulces letho præmittere amicos,  
Mergitur hoc totum funere Conjugium.  
Sed tua Sancte Senex Pietas hæc fata meretur;  
Dignus qui ferres talia solus eras.

Sebastianus Ulischer/Eccles. Mar.  
Lignic. Diaconus.

Parod. Horat. Od. VII.

Lib. III.

Quid fles, Clare Senex, quam tibi perpetue  
CHRISTI restituet vere benignitas,  
Sanctam merce beatam,  
Constantis MARIAM fideli  
Testem? Tunc Seniojam Viduus gravi,  
Post longæuatori gaudia redditus,  
Noctes non sine multo  
Insomnes gemitu trahis?  
Atqui sidereis sedibus inditam,  
Deplorare animam, percupidam piis  
In Cœlo ignibus uri,  
Tentas frustra vagosolo:  
Ut SARAH fera mors tolleret inclytam,  
Luciu Thatiades se cruciat nimis,  
Rapta sed socia almam  
Rursum luce frui heic nequit.  
Narrant penè datam morte RACHELIDIS  
Isaci sobolem Sandapila caro,

Sed sperare serenas  
Missis dividiis vices  
Visam. Nunc superis plena paratibus  
Voices audit ovans Numinis. Hinc Tibi  
Ne damnoſa querela  
Plus juſto placeat, cave.  
Mystes non alius flectere cor magis  
Cætu conficitur tristisonum ſuo;  
Nec quisquam magis aptè  
Sacris incubat entheis.  
Magnâ mente domi vive, neq; ad tua  
Sub curis viduis reſpice funera.  
JHOVÆ velle probare  
Nolens, diſſicilis manet.

\* \* \* \* \*  
**E**t binos Generos, & dulciapignora, & ex his  
Nata alia, ipsa cum Conjuge amorisnā,  
Addena & septem ſe funera protendente  
Ordine, turbata forte notare mori.  
Pefilitate luis multūm graſſante, proſectò  
Res ea mœſta nimis; res ea acerba nimis;  
Senſimus heic tristes quoq; funera densa bonorum;  
Senſimus & nos hos noſtro in agone mori,  
Servatus tamen es Præcō venerande, ſenili  
Canitie & meritis Eusebieg; nitens.  
Nos itidem miseros ſervavit dextera dia,  
Quantum o Praſidii bac praſtat ubiq; ſuis!  
Vivunt noſrates, & nos vivemus, ubi ſunt,  
Illi jam pleni latitiā atq; bonis.

*Nil nisi tristitia heic. Lacrymas absterget at omnes,  
Qui nostras lacrymas novit, I O V A D E U S.*  
M. Leonhart Baudisius Lignicens.

**S**Acri, PARICI, qui sacrata proponis  
mysterii secreta, recreans divò  
Solatiō turbata corda, mīoq;  
demens lepore flentibus suos luctum,  
Cur CONJUGEM GNATAMq; mox maritandam  
SPONSUMq; GNATA cheu! furore præreptos  
mortis gemis, fletuq; perpeti luges?  
Noli beatos nænjarum acerbare,  
inconditarum, & persequi quiritatū  
manes, sed expetitum eis magè accessum  
gratare cœli. Exestoluctus. Æternam  
pro seculari qui sibi invenit viram,  
non lessibus; sed gaudio est honestandus.  
Ecquid moretur FILIA amplius terrā,  
Si MATER hâc morarier recusavit?  
Et SPONS A quid moretur amplius terrā,  
Si SPONSUS hac morarier recusavit?  
Cum MATRE GNATA, SPONSA cum suo SPONSO  
sedes Olympicas tenere latatur,  
Ergo PARICI, mitte lacrymas intūs  
Cor exedentes, parce manibus functis.

M. Adamus Romanus Francof.  
Gymnasii Svevo-Coloniensis Rector.

**N**uper ut andieram mortes Reverende tuorum  
PARITI, Verbi Prae diserte sacri.  
Protinus in mentem charissima Patris imago  
Quæ fuit, in luctum traxit amore tuum.,  
Nam memini puerο mibi dicere sapè Parentem.  
PARITI nomen non sine honore sui,

Quām

Quām volupe est, fidi quoties reminiscor amoris,  
Quo vos mutuiter scis adamasse duos:  
Tam tristis nuper percussit nuncius aures,  
Nuncius beu lapides creditus ille loqui!  
Singula nam poterant que magnum gignere luctum.,  
Majorem pariunt funer a juncta tibi.  
Non te vult unâ DEUS exercere palastrâ:  
Sed vario solidam dispicit igne fidem.  
Ille etenim si quem patrio complexus amore est,  
Non in deliciis semper habere solet.  
Mella nec apponit, nec semper multa propinat:  
Debilitat erucio pectora sapè mero.  
Heic pius est latices qui non detrectat amaros,  
Ut tandem cœli nectar in arce bibat.

M. Joannes Mollerus Crostenensis Sil.  
Scholæ Senatoriæ Francofurti  
Rector.

**C**um bis septenis uno tria condere in anno  
Funera, cognati germina lata satūs;  
Causa sat est prægnans lachrymarū & plena dolorum.  
Qui non, hic excors, & sine mente fleet.  
Tot, Venerande Senex, flevisti funera. Sed non  
Absq; DEI arbitrio, consilioq; DEI.  
Is quoq; anhelat tibi solamine corda beabit,  
Abstergetq; oculis flumina moesta tuis.  
Qvot Vir, Avus, Pater, es Socer, Agnatusq; secutus  
Funera, lata Seni tot tibi lustra precor.

Michæl Bartschius, quondam  
Judicij Regij in Ducatib. Svidnic. &  
Javorenſi Assessor, & Reipub. Svid-  
nicenſ. Senator.

Qvi

**Q**Vi copiosè seminat,  
si copiosè itidem metet,  
ut copiosè næ metet,  
sic afferente Apostolo:  
PARICIAMICE, quem vetus  
commercium Novensilum  
junxit Sororum jam mihi  
Iustris novem labentibus,  
quām copiosa messis est  
tibi deinceps in polo  
speranda, qui septendecim  
& liberūm & nepotulūm  
jam seminasti, ut audio,  
& cum dolore heu audio,  
cum MARIA GERHARDIA,  
fidā domus custodiā,  
toriq; gemmā fulgidā,  
selectioris tritici  
ceu granula isthoc in solo?  
Mirum! nisi crebrō tuis  
præcordiis suspirium  
hoc surgit: E voltemus hinc,  
ô evolemus illicò, (est;  
dum nostra in herbâ messis  
ut impleamus oppidò  
nostras maniplis dexteras  
suavissimis cum gaudiis,  
Sic copiosè, sic metet,  
qui copiosè seminat.

M. Bartholomæus Kern, Scholæ

Lignic. Rector.

**F**Letibus ora rigas largis Venerande PARICI,  
Quod collapsa tua sint tria fulcra domus?  
Fidatori Consors MARIE, roseo ore Puella,  
BLANDULA, cum SPONSO SPONSA perempta suo.

Non

quos, qui dedit succum aridis,  
CHRISTO feramus obviam!  
Mirum! nisi & pectus tuum  
plausus magis cum jubilo,  
quām luctus æger occupat,  
hoc maximè Mayortio  
nos degravante seculo.  
Fac, ô PARICI, fac, solet  
gratus DEO quod rus colens,  
qui copiosè seminat,  
cum copiosè idem metet.  
Fac, absit omnis pectore  
luctus dolorq; tristior:  
fac, adsit exultatio  
& lata jubilatio;  
omnōs recuperandi tuos  
fletum fuget, spes firmior.  
Jam jamq; tempus advolat,  
quod cœli ad astra nos vocat:  
jamq; in propinquō messis est  
Tibi, mihiq; & omnibus,  
qui seminarunt anxiis  
cum lacrymis, plenissimis  
ut & metant cum gaudiis,  
jungantur & cum cœlicis  
beatitatis incolis,  
non terminandis seculis.

Non equidem miror, fato multatus eodem:  
Quo nullum in vita tristius esse queat.  
Luminadum Gnate, & carorum cara PARENTUM,  
Atq; pie uxoris claudere cogor ego.  
Comprime sed lacrymas. Nam fulcrum firmius istis,  
Æterni stat adhuc provida cura Patris.  
Ille meum, ille tuum solabitur usq; dolorem:  
Ille meam, ille tuam fulciet usq; dominum.  
Fulciat! Ille potest solus fulcire: nec ulla  
Continget, nisi eo dante, Salus Viduis.

M. Johannes Buchwælder, Scholæ  
Golbergensis. Rector.

**C**um Niobe cæsos natosq; virumq; doleret;  
Fingitur in saxum diriguisse citò.  
Scilicet immodico qvæ metam ponere luctu  
Nescia, solamen respuit omne datum;  
Abiecta specie, ratiō qvam recta creatis  
Separat à reliquis, non-homo visa fuit.  
Non sic PARCIUS, vitæ, quem, stamine rupto,  
Conjux, Nata, Gener deseruere simul.  
Luxit Is ex animo, crudeli funere mersos,  
Qui soli poterant gaudia ferre Seni.  
Sed planctum moderata fuit, quæ cætera vincit  
Solo freta DEO, res animosa, Fides.  
Illos nō rat enim, non bruti numinis ira  
Cujusdam, diræ succubuisse neci:  
Sed Jovæ, ductos vallem per mortis, amore,  
Ad vitam gressus instituisse suos.  
Nec luctu poterit nimio lapidescere pectus:  
Cui vox mœrores mollit amica DEI.  
Munitur potius, nec non durescit ad omnes  
Casus, hac petrâ qvi modò nixus erit.

M. Jacobus Rollius, Scholæ  
Fraustadiensis Rector.

**V**ivre torqueri est! & quod diuturnior extat  
Vite cursus, eò longior ipse dolor.  
Et praesens Vita puncum, quo vivimus, ipsum  
Vix, Vita nomen quo mereatur, habet.  
Usq; adeò mundi Vita est non-Vita, sed est Mors,  
Aut hac deterior! terminat ista malum.  
Ergo quis exoptet sic longum vivere? vivant  
Quae volupe! est melior Vita parata piis:  
Quam non turbabunt centena pericula belli,  
Aut metus exilii, funereaq; faces.  
Hac Tua, P A R I C I, fruitur cum Prole, Maritæ,  
Et fixa, pacem, sed beata videt.  
O vitam, solo dignandam nomine Vita,  
Quæ capit, invitos quos vaga Vitæ tenet.  
Felix qui Vita non-Vitæ sorte solitus,  
Æternâ, liber vivit, in æde D E I.

M. Melchior Meling, Scholæ  
Olst. Rector.

**H**ec Comes est FIDEI semper Crux: Orbe hæc dies  
exercet sanctæ dura palæstra Crucis:  
Scilicet explorat SCRUTATOR Cœrdis, amorem.  
Et probat haud fictum Religioni opus.  
Sed nulli abripiat tam tristis opinio mentem,  
Ne curæ summo se putet esse D E O.  
Ipse licet Dominus trepidas examine mentes  
corrigat; optato fine doloris adest,  
Majus & imponit nunquam Mortalibus ægris,  
Exiguas vires quod superabit, onus.  
Non opus Exemplis, hoc inde ab Origine Mundi  
monstrant sanctorum tristia Fata Virum?  
Hos inter numero meritò Te Mystra verende,  
Qui Jovam vero-cordis honore colis.

Te

Te casus varii presserunt, Luctus acerbus  
Conjugis, & G N A T E, quas tulit atra lues.  
Est Crux hæc ingens, tam tristia Fata Maritæ  
Spectare & Gnatæ, damnaq; tanta pati:  
Sollicitas decet ast animo secludere curas,  
Quos juvat à Christo symbola sumta sequi.  
Perfer & obdura, qui Christum es Mystra professus,  
Ferto Crucem; vincet sub Cruce vera FIDES.  
Erigit hæc fidum pectus solamine firmo;  
Hæc Tibi fulcra dabit langviduloq; Seni.  
M. Balthasar Rohrman, Ecclesiae  
Aurisensis Pastor.

**A**urea Saturni longævam Tempora vitam,  
Hæc, optant placidam Ferrea, ferre necem.  
Omnis in optato stat Spes & cura sepulchro  
Omni, hæc vix reprobis vita maligna placet.  
Ergo quid querimur Nostrorum Fata & Beatos  
non lachrymis, plausu condecorare decet.  
Hinc, Venerande Senex, fletus cobibeto, potentis  
Defunctorum animas nunc tenet Aula D E I.  
Ferre infracto omnes didicisti pectore casus;  
Huncq; senescendo Te didicisse decet.

M. Martinus Rothman, P. L. C.  
& Scholæ Liganic. Rector.

**V**elut procellâ serviente, liberos,  
eosq;, nec telum timentes vel Iovis,  
subitum nec imbreu, brachio arrepto Parens  
trahit è platéis fida per præcep quoq;  
ab imminentे servet ut periculo:

L 2

pater-

paterna eura sic D E I caros sibi  
rapit manu fati potente è turbine  
sevo malorum. Mitte luctum, Vir pie,  
nec optimatis ejulabili sono  
manes quietos inquieta Conjugis.  
Omni beata est parte, nos miseris sumus,  
est plaga quorum cum die semper nova:  
in Pace vivit, Martis angit nos furor  
tumultuosus: illa tempestatibus  
subtracta cunctis in Salutis est vado.

II.

C Onjux PARICII, humanas res plaudere iusfit,  
Sed pariter Charitas plangere & Eusebien.  
Est aliquid, discessu ejus doluisse Budorgin:  
ipsasmet, plus est, illacrymasse Deas.  
Salve, Matronale decus: contingere major  
na tibi post mortem non potuisset honor,  
quam quod Te lugent hominesq; Dea q! sed audi,  
quod, commutata forte, maritus ait:  
Sit sua vis etymo: mea viva M A R I A voluptas  
semper, amarities mortua facta fuit.

ab Hebr. mar, a-  
maritus, πικρός.

Georgius Hausmanus P. L.  
Scholæ Dresdensis Rector.

S Ic-ne Senile decus nostrum, Venerande PARICII,  
In viduo thalamo tu quoq; moestus agis?  
IHOVA tibi fidam rapit hoc ex Orbe Maritam,  
Quā tibi cum Sociā vivere dulce fuit?  
Quā tibi callebat duros lenire labores,  
Moestaq; jucundis pellere cuncta jocis?

Quæ

Quæ pia, quæ prolis numerosæ sedula mater,  
Quæ studiosa Maris, quæ studiosa Laris?  
Blanda tibi tristes abigebat pectore curas,  
Et lasso requies, anchora, portus erat?  
Jamq; sub hoc senio rapitur tibi, provida mater,  
Curatrixq; domūs cum magis esset opus?  
Te, Pie sed Vidue, hinc nimio ne confice luctu,  
IHOVA bene & recte, quod facit, omne facit.  
Ut sunt humana hæc, non est durabile quicquam;  
Vita utenda data est, restituenda D E O.  
In Christo quâcunq; pià modò morte cadamus,  
Sunt nobis vitæ gaudia parta Polo.  
Et tua jam M A R I E vivit tutissima Cœlo,  
Omnibus à Mundi libera facta malis.  
Annos seva tuæ quot demsit Parca Maritæ,  
Adjiciat vitæ Gratia dia tuæ.  
Est mora parva; pios Christo veniente, jugatos  
Vos ubi conjunget rursus in Axe D E U S.

Samuel Butschky, Breslæad D.  
Christophorus Ecclesiastes.

S At lacrymis, querulisq; sonis, singultibus imo  
Productis satis est pectore, crede, datum.  
Vidimus innumera bei nostrorum funera, longo  
Per totum à nobis, ordine, ducta diem.  
Hinc Schola Collegas, Pastorem Ecclesia luget,  
Atq; Senatores Curia quaq; suos:  
Hinc nati plorant ereptos morte Parentes,  
Flet Genitor natos, fletq; marita virum.  
Ipse ego quem sanum servavit Gratia I O V A,  
Bi⁹ septem caderent millia peste licet,  
Lugeo defunctiones, Sacerdotum, Socrum, atq; Novercam,  
Natas, & junctos sanguine plero mibi.

L 3

Tu

Tu quoq; Theologie decus immortale PARITI,  
 Inter honoratos, Vir Reverende, Viros,  
 Gaudebas nuper pietatis laude celebri  
 Conjuge parte tua dimidiata anima:  
 Florentem egregiis Natam virtutibus, imo  
 Gaudebas Genero jungere corde, tuam.  
 Mors bac invidit vobis pia gaudia, firmâ  
 Falce suâ solvens corda ligata fide.  
 Uxorem amissam viduati Turturis instar  
 Deploras, Natam cùm Generoq; doles.  
 O crudele nimis fatum, tibi trifleg factum,  
 Solvi divinâ corda ligata manu!  
 Ut nihil eternum, nihil ut durabile rebus  
 Est nostris, mortem ut flectere nemo potest!  
 In vita junctos quoq; Mors conjunxit amantes,  
 Junctim jam cœli gaudia vera tenent.  
 Tu quoq; jungeris tandem Nata atq; Marite,  
 Jungentur late cum Generoq; tibi.  
 Tum junctos Christo, nulla inclemens Mortis  
 Ullis vos poteris dissoluisse modis.  
 M. Fridericus Flaschnerus, Eccles.  
 Suidnic. quondam Minister Pr.

**E**quis erit luctus finis, qua pausa doloris,  
 Care Senex, animo devenerande meo?  
 Vix deflata fuit C O N F U X, tot Corpora paſim.  
 Quando catervatim, peste perempta cadunt.  
 Ponè tua NATÆ subtemen amabile Vita  
 Propreter rupit Mortis avara manus.  
 Quam, cum quæ fuerat S P O N S U S, præcessit in aſtra.  
 Horniades sacre Myſta Vigilq; Rei.  
 Hec tua te quantum turbarint funera, quantum  
 Turbarint Senium, triflia fata, tuum:

Non

Non homo, sed lapis est, aut si quid durius iſlo,  
 Si quis non gemino luminis imbre videt.  
 Æſchyle surge novus: tragicō quem carmine plores.  
 Dat tibi mœtorem Paritiana domus:  
 Quam metus & ſeffus, quam fata rotata citatis  
 Orbibus, & gravibus quam tetigere malis.  
 Non mibi centenis tumeant ſi guttura linguis,  
 Has ego tot miseras proloquar ore vices.  
 „Quod Pietatis erat Speculum lectissima Conjur  
 „ (Conjur heu letho precipitata nimis!)  
 Quod Virtutis erat fotrix, candoris amatrix,  
 Quod veris fidei condecorata notis:  
 Quod Charitum fautrix, inopum quod ſedula Nutrix:  
 Quod peregrinorum commiferata vicem.  
 Quid e quoderat patiens operum, Subolisq; regenda,  
 Quod pariter Senii fida Columna tui:  
 Mœſte Vir id noſti, tuus & dolor undiq; novit,  
 Qui gravior, quanto gravior illa fuit.  
 Quid de B L A N D I N A, qua nomen & omen habebat,  
 Qua medio Vita flore reſecta; canam?  
 Quâ nec amabilior Virgo, nec blandior ulla,  
 (Pace puellaris, ſint ea dicta chori.)  
 Et qua digna fuit, moveant ſi talia Fatum,  
 Fato maiores amplificare moras.  
 Digna fuit Virgo, formam ſeu corporis ipſam,  
 Spectatib; animi ſeu bona, digna fuit.  
 Et jam Sponsa fuit, plenis jam nubilis annis,  
 Et matura Viro, dum moritura cadit.  
 HORNIADES etiam melioris adorea mentis,  
 Dignus, ut eximiâ laude vebatur, erit.  
 Quem nitor Eusebies, quem gratia frontis & oris,  
 Quem commendavit Candor, & Artis amor:

Sedula

Sedula quem iusgit, lecti meditatio Verbi,  
Scandere sacrate, pulpta sacra domus.  
Quem sua vix fecit cum Sponsa sponsio Sponsum,,  
Sponsum cum Sponsa Mors homicida rapit.  
Origidam Mortis legem sine lege necantis!  
ō Necis abstrusas, sed sine lege dies!  
Sic gamicas funesta fores Cupressus inumbrat,  
Et non festivi lucida tæda tori?  
Sic istas tetricas Libitina tuetur ocellis,  
Et non sidere à fronte benigna Venus?  
Quām miro torquent se mortalia flexu?  
Quām brevis ancipites alterat hora vices?  
Gaudia turbato mutantur ab ordine: tristis  
Fit thalamus, tumulus: tædia tæda facit.  
Talia cum trutinat, magnus capit augmina luctus,  
Luctus in affectus turbidus ille tuos:  
Immò de penitis mittit suspiria fibris  
Pectus, & beu! sentit grande doloris onus.  
Sed quid multa queri, quid multa gemiscere prodest.  
Restitui nullo Vita potest gemitu.  
Aequa velut triplicis, qui crescit, causa doloris:  
Et sic aqua gravis pauca doloris erit.  
Mos cum Naturā permittit fortè dolere:  
Sed Ratio nimium velle dolere vetat.  
Est Patris, est Vidui tot funera flere Suorum,,  
Quos amat innumeris, quos patriis vè modis.  
Quod si non faciat, verum non promitt amorem;  
Quo teneat primum cordis in aede locum:  
At prudentis erit, sacri quem Flaminis aura  
Afflavit, modicè funera flere, Viri;  
Quod fallax sensus movet impostura, nec ullum  
Vel morbi, lethi vel reprobare genus.

Non

Nil refert, decursa Necis quo tramite; Vitæ  
Sed refert, quā sit, semita trita, fide.  
„Quando Pius celeris raptatur ab impete pestis,  
„Ut pereat Mundo, non perit ille D E O.  
Non negat in duris Summo parere Monarchæ,  
Qui probat in letis provida signa D E I.  
Quippe Vias Fati, quo non stat firmius ullum,,  
Novit, & arbitrium; quo sine nemo cadit.  
Passere quid levius, quid inutilius vè putatur?  
Absq; D E O, passer non tamen ullus obit,  
Et moriatur Homo, cui dia Pronœa capillos  
Sic notat, ut nullus decidat absq; D E O?  
Fortuitus nil Casus agit, quod Cœlicus ordo:  
Fit bene, fit justè, quod facit ordo D E I.  
Ergo tuas, ò care Senex, suspende querelas:  
Præteritos etiam volve revolve dies,  
Et jam præsentes; variis discrimina fati,  
Quæ dant continuis, queq; dedere, malis:  
Quæ pia concepti poscunt moderamina luctus,  
Ac bene defunctos flere-dolere vetant.  
Tristia quis numeret mihi tot spectacula lethi,  
Quæ non multa dies, sed dedit una dies:  
Una dies & multa dies: quā Mortis imago  
Plurima non fuerat, vix erat ulla dies.  
Fulgida viventem veniens quem Cynthia vidit:  
Morti transcriptum vidit at illa sequens:  
Qui spondere sibi poterat, quò vivere, unum  
Vel Cras, vel punctum mobile; nemo fuit.  
Savii bic, illic funestis savii iris,  
Tota veneniferis, Morta referta, minis.  
Funera funeribus densavit, & impete crebro  
Corpora prostravit dira Sagitta luis.

M

Quam

Quam Mons Armenius, quam Lemnus adusta ministrat,  
Viribus efficit nil ea gleba suis.  
Nil fuit antidotus celebris Mitbridatica, tellus  
Nil de Stregio Monte petita, fuit.  
Nobile Bezoarum, fera quod Pancha agignit,  
Pharmacon haud sanans auxiliare dedit.  
Nil Dauci, nil Dictamni, Baecq; levaverunt,  
Campbora, myrrha nibil, Scordia, Ruta nibil.  
Qui veniunt omnes viridi de cespite succi,  
Effectu quicquam non valueré suo.  
,, Hoc Medicum firmavit opus nisi dextra Jehovæ,  
,, Addidit optata nil opis illud opus.  
Ad præsens quod si tua vertas turnat tempus,  
Que rerum facies, que series vè pates!  
Ecquiderit, quod non cancrino more resulteret,  
Nec non in pejus quod ruat, ecquiderit?  
Omnia nunc nutant, & mutant omnia: si quis  
Novit adulari, laudis agalma meret.  
Ad quosvis Ventiflatūs qui vertere nescit  
Pallia, Civilis nomen habere nequit.  
Et qui non didicit, cœu volt discretio Mundi,  
Quid Ratio, non stat pro ratione, statūs &  
Ritus facta fuit Pietas, Concordia lusus,  
Pulsa fides hominum, vix sit ut nulla fides.  
Quem non privus agit mœror, quem publicus angor  
Non premit, & rigidī stebile Martis onus?  
En petitur Fidei jugulum, ruiturq; Cathédra,  
Unde sonant nostri mystica sensa D E I.  
Impius en' punè sacras grex polluit ædes:  
Ara cruentato sparsa madore gemit.

Non

Non rabies cessat, sed cuncta per oppida migrat:  
Proteritur multi temporis ræta, Seges.  
Hanc illamq; sibi gladio Vis subjugat Urbem;  
Diripit banc; illam vastat & igne cremat.  
Innuptæ pereunt, vi præcedente, Puella:  
Infantes pereunt, Fæmina Virg. perit.  
Et quid in innocui castissima Corda pudoris,  
Non patrat, in casto pectore, miles atrox?  
Ad quod si spectat facinus, nigrescat Olympus,  
Atq; stupescat Homo, quod patret istud homo.  
Felices animas, quibus hos exire furores,  
Hosq; metūs, fatoprecipiente, datum!  
Hac bene prævertens cruciamina Triga Tuorum,  
Care Vir, eterna lumina sortis adit:  
Ignoranda cui mala dant nova gaudia Vitæ;  
Quæ gaudet latit, Triga beata, sonis:  
Gaudia vera Poli, verè quæ gaudia gaudet,  
Despicit & miseri gaudia vana Soli.  
Gaudia, quæ sparsis non fusca Tyranna venenis  
Turbat, & assiduis Martia turbaminis:  
Gaudia, quæ rident fletus, hominumq; tumultus,  
Instabilesq; vices, terribilesq; metūs.  
Gaudia, cœlestis quæ sunt plenissima pacis,  
Quæ, quicunq; pius, sperat & optat homo.  
O abitus nimium felix, obitusq; beatus!  
Ad Coelum, verum qui modò pandit iter.  
Huc olim venies, toto qui pectore C H R I S T U M,  
Et Vitæ vivâ gaudia voce doces:  
Immò tibi, Magno nunc redditæ T R I G A Jehovæ  
Reddetur, C H R I S T O glorificata suo.  
Tunc in multiplices plausus dolor ibi & angor,  
Qui tangunt animum triplicitate tunne.

M 2

Quippè

„Quippè perennisqæ constanter gaudia Vitæ  
 „Qui docet, in CHRISTO cum morietur, habet,  
 \*  
 Quod  
 TRPLICIS ÆRUMNAE  
 SOLAMEN  
 SYNCERIORIS ET CHRISTIANÆ CONDOLENTEIÆ  
 TESTAMEN  
 TAM  
 NIVEI CAPITIS ET PECTORIS  
 VIRO  
 DN. M. JOANNI. PARICIO  
 WRATISL. AD DIV. MAR. MAGD.  
 ARCHIDIACONO & SENIORI,  
 VIDUO & PATRI MOESTISSIMO,  
 HOC  
 CALAMITOSO & TUMULTUOSO  
 ÆVO  
 UT POTUIT, UT DEBUIT,  
 L. M. Q.  
 ADFERRBE  
 VOLUIT  
 Wolfgangus Stirius Suidn. Sil.

**T**rino te Trinus mœrore probavit Jöva,  
 O fax Theiologi Luxq; decora chori.  
 Conjunx, Gnata, Gener, mortis sub climate clausi,  
 Optatos oculos deseruere tuos.  
 Trina uno noctu Tibi gaudia parta videbas,  
 Et trino in noctu floruit unus amor.  
 Omnia sed mortis vis & trux abstulit ira,  
 Inq; animo nil quam tristis imago micat.  
 Est grave, particulas imis tot cordis amicas  
 Sentire è fibris ire, perire. Grave est,  
 Dum mœroris adhuc quætit æger aæhelitus artus,  
 Ad nova mœroris ducier acta. Grave est,

Tres

Tres sibi thesauros uno quasi tempore demi,  
 Et solum à nitido Solis abesse throno.  
 Erige sed mentem, PARITI! Portio cordis  
 Non perlit; in DOMINI vivit ovatq; sinu.  
 Nil Tuus est mœror, sed amor, quem monstrat JÖVA,  
 Nullus dum tangit mœror agitq; Tuos.  
 Thesauros Thesaurus habet cœlestis, in arcâ  
 Effulgent Conjunx, Gnata, Generq;, DEI.  
 Dic jam; me trino dilexit amore JEHOVA;  
 Sic sim olim ætherei Lux quoq; chara chori!  
 Condolentia & solatii ergo f.

Gottfrid Eichorn.

**N**imirum pelagus Mundus, homuncio  
 Trabs fulcra, lues pestilis & ferox  
 Mavortis rabies, Africus hinc & hinc  
 Humanam valido concutens ratem  
 Fluctu; remigium debilis & fugax  
 Annorum series. Velaq; perfretum  
 Istâ lege trahunt imperiosius  
 Omnes, ludibrium ut quilibet astibus  
 Luctanti decumis debeat Africa.  
 Sed quassam veluti Navita cymbalam  
 Eo revehit littore patriis  
 Post fluctus Laribus, nec Boreæ minas  
 Victor Threicii curat hilum, metus  
 Immunis veteris: sic simul oscupat  
 Portum humana ratis tramite fortiter  
 Emenso, miseram flere tyrannidem  
 Formidata prius, qua fuerat, jubet.

M 3

Gentis

Gentis PARITIÆ Phosphore, Breslicæ  
Melligo Eusebii scilicet hosti  
Et consors thalami stemmate nobilis  
Ex Gerrhardiadum plantula semine,  
Et consorte sata, & sponsus amabilis  
Gnata, Theologum gloriâ, perpetim  
Donec vita fuit, sustinuit globos.  
Hinc tantô studiô non cupit Hinulus  
Factatus canibus vivida flumina,  
Quantum ista Senii delicia tui  
Sedis purpurea visere tempea,  
Terrena & Patriategmina linquere  
Exarsere. Igitur gaudia nunc habent  
Cæli; perpetuam nunc habitant domum.  
Non ergo gemitu pectora mäceres  
In lecto viduô, Splendide Presbyter;  
Sed fidas Domino, qui dedit, abstulit;  
Is clangente tubâ reddet & ultimâ,  
Quos multis lacrimis, planctibus anxiis  
In terra gremium matris amabilis  
Instar triticei seminis inseris.

M. Johannes Viebingius, ob hanc  
flamمام in Patriâ, pro tempore in illustri  
Olsnâ Rector & Inspector Scholæ.

**M**ortales memores semper vos vivite mortis:  
Nam nulli parcit pallida mors hominum.  
Nil curat formam, vel opes, nil stemma, nec artes;  
Virgo, senex, juvenis, fœmina mortis opus.

Vita quid est hominis & certamina, cura, labores;  
& tandem mundi cogitur ire viam.

Hoc tua PARITIÆ, custos venerabilis aræ,  
exemplò tristi casta marita probat.

Quâ cum vixisti multos in fædere suavi  
annos, mors præsens abstulit hancce tibi.

Non ablata perit; sed ad optima gaudia transit,  
Gaudia Messiæ sanguine parta sibi.

Non igitur nimiò præcordia fudit luctu:  
pessima vita solo est; optima vita polo est.

Linquo mœstiam, gemitusq; remittito mœstos,  
quos movet uxoris mors lacrimosa tuæ.

M. Adamus Seidenschwanß / Scholæ  
Senat, apud Rostochienses Sub-Rector.

In Obitum  
Conjugis & Filiæ  
PARITIANÆ.

**N**omen sagittæ jure volatilis  
Contagiū illud pestiferū occu-  
Sagitta, quā nervo per auras (pat.)  
Callidior jaculator egit,  
Ritu ruentis fulminis, obvia  
Quæcunq; fiunt, trajicit, enecat.  
Quid pestis? hac non fortuitò,  
Sed Patre cœlicolùm jubente  
Adæ nepotes corripit. Ah D E U S,  
Vindex severus nequitæ, arripit  
Arcum, è suâ promtam pharetrâ  
Lethiferam exacuit sagittam,  
Intento eandemq; impositam arcui  
Contorquet in eor degeneris gregis  
Gnata, que charæ jam licet in domo  
Arcana spiramenta rumpit!  
Nequā hominū hinc miseranda  
clades!

Quid? telū id ipsum sæpe etiâ ferit  
Devota Jovæ pectora, non quidem  
Ut cum catervâ impenitentum  
Dispereant, sed ut imminent  
Sic liberentur fortè periculo,  
Ne sacerdatis militis arma vel  
Libidinem cogantur, & que  
Sunt mala belli alia, experiri,  
Immo ut, relictis mundi opib; poli  
Gazas beatas anticipent quasi.

En hac pitorum mortuorum  
Peste beata vicissitudo!  
Tuæ fruisce hæc Conjugi amabili  
Gnata, que charæ jam licet in domo  
Tutissimâ cœlestis oræ,  
Eusebiæ ô Reverende doctor.

En has Jehovæ provida mens quidē  
Tactas sagittā pestiferæ luis  
Jam jussit expirare, verūm  
Corporæ harum animæ solutæ  
Massâ, impii non expositæ amplius  
Mavortis armis, præstigiis, dolis,  
In æthere expertes pericli  
Omnis, ovant sine fine, Namq;  
Donec ligatæ corporeis erant  
Vinclis, colebant cælicolum Patrè,  
Christo in Lytrotâ spem locantes,  
Spiritui obsequium sacrato  
Præstare atabant, eloquiis D E I  
Antiquius nil, machina quâ patet

Hæc mundi, habebant. Hæc earū  
Facta bona en Deus approbat,  
Et sorte plenâ lætitia bonis  
Remunerari constituit, Tuam  
Ergo maritam filiamque  
Vir Reverende, luis veneno  
Quamvis ademtas, flebilibus modis  
Nō est quod excors perpetuò urgeas,  
Collatam iisdem sempiternam,  
Quæso, precare beatitudem.  
Namq; est futurum, ut deliciis tuis,  
Quas Jova tantum præripuit, Tibi  
Non abstulit, fine absq; latus  
Consocieris in arce cœli.

M. Johannes Lucas, illust. Gym.  
Breg. Collega Primarius.

**N**on sanè amissi sunt, quos premisimus, antè  
Nostrates, busto quos periisse putant.  
Molliter offacubant, ceu semina sparsa, malisq;  
Liber in ætherea Spiritus arce viget.  
Nec mala mors, quamvis quoq; præfestina, putanda est,  
Quam bona præcessit vita, secuta D E U M.  
Nempe ex sine bono laudem sibi fabula poscit:  
Sic refert, non quæm vita sit acta diu.  
Hoc homini summum restat, bene vivere, promit  
Cedere. Sic morere & vive, beatus eris.

M. Balthasar Meisnerus, Facult.  
Phil. Adjunct. Witteberg.

**V**iderat injusto Cæsar Mauritius ense  
Matrem cum charâ prole perire suam:  
Justus es, & recte decernis, Justus es, inquit,  
O D E U S, & mala non sunt tua jura D E U S.  
Si quis quam nostrum dulcem cum Conjuge prolem  
Viderit efferri, Cæsar is os videat,

Qvod

Quod vel in indigno patiens erat undiq; facto,  
Nec nisi, quod lictor fecit, ad astra refert,  
Fac miseros similis Patientia C H R I S T E refrenet,  
Ne non morigeros Numinis ira premat.

M. Martinus Heinsius,  
Facult. Phil. Adjunct.  
Wittebergæ.

**A**udiri quendam comitantem funera fletu  
Iuxoris querulâ talia voce loqui:  
Fida marita jaces! turbasti morte maritum!  
Heu mibi quæm triste est tristia fata sequi!  
Omibi si vita D O M I N U S, reparator & autor  
Redderet hanc sociam, quam tulit ante mibi;  
Mille darem latus grato de pectore laudes,  
Mille modis fieret gravior illa mibi!  
Verùm cur totâ repeto suspiria nocte?  
Redditur baud ulli, quam rapit atræ dies!  
Huic ego, cur luges & reddetur Costa marito,  
Junget qui solvit corda ligata D E U S.  
Hoc Tibi lugenti dictum sit, amice Magister,  
Qui raptam Costam corde gemente doles,  
Quam tulit, hanc reddet Tibi restituetq; M A R I A M,  
Cùm veniet vitæ vita salusq; D E U S.  
Non est ut lacrumes, non est ut peccora plangas,  
Namq; Tua in Superum gaudet ovatq; choro.  
Mitte tuas lacrumas, lacrumas modò collige nostras,  
Hisq; thætumulum, Vir Venerande, riga.

Bartholomæus Hilscher,  
Ecclesiæ Berolstadiensis  
Diaconus.

N

Προσφά-

Προσφάνημα Ληματολογιον  
ad

M. DANIELEM HORNIMUM,  
piè Defunctum,

Dum Vitæ & Mortis Dominus Te iussit, amictum,  
mortalitatis exuisse carneum;  
Quodnam Lemma tuū? NON EST MORTALE, QUOD OPTO:  
Lemma anteā circumstulit Mortalitas.  
Id, quod versabas Latio sermone, Librorum  
ad protocolon exarabas omnium;  
Et, geminas brumas cum papilione sub uno,  
Δάτος ἐνοθείας, pascere nos Leucoris;  
Cumque Hebraeos philosophos inter vel Drusius alter  
nos. TROSTIUS dexterrimè deduceret.  
fontanas sacrigustatum Codicis undas;  
queisque, uberis statuuit Fons rivulus;  
Seu sint Chaldaeas ducti Babylonis ad oras;  
Seu Syriæ superbientis limites;  
Seu per odoriferos Arabum se fundere saltus  
inflexione notabili tentaverint;  
Id per Amicorum, consuetis moribus, Album;  
Sonis Eois inchoabat exprimi.  
Sed nunc Lemma tuum, quoderat; Pylade optime, non est;  
dum Te FUISSE; & ESSE Te dum contigis,  
Hic, ubi cessabit variae pollutia Lingue,  
Ubi Lingua personabit unica omnium.  
Nam postquam (bēu!) Pestis, sevâ truculentior Hydrâ;  
Budorgicarum prima Pestis Pestium;  
qua, vel divinas non tangi noluit ades,  
Waltherum ut hinc, & Scholzium, & clarissimi:  
Fleischeri Generum Freiherum; quique cohorti  
post virginali prefuit, Polium abstulit:

postquam,

postquam, ajo, bac Pestis Te Sponsum, jamque vocatum  
Wirbizianæ Mythagorum Ecclesiaz,  
ex desideriis orbi Pastore Popelli,  
è blandulis BLANDINULÆ complexibus,  
è Patriis Soceri votis, Socrûsque; celebri  
Gerhardiorum de satu Bregensium;  
ingue quibus paulò ante Tibi bene coperat esse,  
ex adibis Paritianis abripit;  
& SPONSÆ pralamento, Socruique; secutis,  
PATRE derelicto post-gemente, praripit;  
totque malo super orbe Malis, spebusque caducis,  
& insita Mortalitati surripit;  
Lemma tuum nunc est: est immortale, quod hic est;  
optatius quo non mibi quicquam fuit.  
, Scilicet, immortale adeunt decus atque brabéum;  
, vel pestilem Mortalitatis per viam,  
, qui sperant, optant, mera & Immortalia spirant,  
, dum sustinent Mortalitatem Spiritus.

Quod

Venerando SENI

M. J OH. P ARITIO

πατέρων plur. honorando, & ejusdem in  
prælustri Marchicâ, ad summos in Philosophiâ ho-  
nores adspirantis, quondam Compe-  
titor;

SUIDNICIO Ann. 1634. mittebat  
collamentans

M. Valent. Kleinwechterus, Suidnic.

Scholam ibidem sese recolligentem  
tunc dirigens.

N 2

EPITA-

EPITAPHIUM  
Pientissimæ & Ornatiſſimæ Matronæ,  
**MARIAE GERHARDIAE PARICIANAE**  
Conjugis Honoratissimæ, &c.

**H**oc ſuppoſta ſegit tumulo ſua molliter Oſſa,  
M A R I A Bregéo nata GERARDIS agro;  
Casta, pienis Matrona, pii ſtudiosa Mariti,  
PARICII caricara Marita fuit.  
M A R I A vera fuit, dum vixit, forte fideq;  
Mater & in thalamo pluribus aucta Satis,  
Exemplumq; bona memorabile matris, in ipsa  
Adfuit auxilio que lue, promta fuis.  
Infecte p r a s t o g n a t e non usq; fuifſet,  
Forsan adhuc vitam carperet in columem;  
Jamq; Viro poſſet Seniori plura ſuperſtes,  
Et domui p r a s e n s commoda ferre ſue.  
Dilexit ſubolem magè, quam ſe; fidag; vitam  
Procurans alii, perdidit ipſa ſuam.  
Consilioſed ſunt hec J H O V E facta, futuris  
Qui ſolet electos eripuiſſe malis;  
Dilectosq; magis, trahit ē diſcrimine mundi  
Ad ſuperacitius tuta theatra domiū.  
Cuncta D E U S ſapienter agit; ſimiliq; probaſſe  
Qui legitur quondam forte pioſq; Patres.  
Abramus Saram luxit, Rachela Jacobus;  
Coſta cadiens Lotbum deſtitutq; ſua.  
Oſſa tegit ſellus modò; mentem Pacis in aedes  
Et ſedes C H R I S T U S tranſulit etherias;  
Mortis amarities ubi deſit omnis, & alma  
Aeterna vita Vitis inuig; fluit.  
Tu Viduate pienis, Clarissime Myſta, deinceps  
Cum reliquā, luſtūs deſine, vive domo:

Fer

Fer moderanter onus Vidui, qui Biblia ſacra,  
Et Sophie, memor ipeſtore condis, opes.  
In Cœlo reddere Tuis, Pater atq; Maritus;  
Te juvet aſt illuc, Vir pie, ferò ſequi.  
Perge Sacellanus, meritis venerandus & annis;  
Providus & caſtis fidus ad eſſe Sacris;  
Atq; ſacrà ſacra C H R I S T I prodeſſe S A R E P T A E  
Doctrinā, Verbi Preco Salutiferi;  
Párus in Aēde ſonans divino gutture longūm.,  
Ad Cœlum plures porrò voces animas.  
Et Nati vircant, exultaq; turba nepotum.  
Ampliſcent Arete nomen & Arte ſuum.  
Unde ſalutares capiat Res publica fructus,  
Et generis uestri perſtet in Orbe decus.  
Theologo, & Fautorī veteri, Meritissimo,  
ſolatii & honor. mem. e. adfun-  
debat, meritò gratus,

Christophorus Schwartzbach, P. L. C.  
Vratislaviae ad D. Mar. Magdalen. Schola  
Collega & Bibliothecarius.

**N**Onnè M A R I A P O L O fruitur? Gur fletibus ergò  
Incipiſt haud tandem parcere, Sancte S E N E X ?  
Eheu, Sancte S E N E X ; Eheu; tot luctibus ipſe  
Occupor; & lacrymis nocte dieq; novis.  
S O R ſ tua, Sorsq; mea eſt: Vixit mea B A R B A R A Conjuſ.  
Vivimus in Viduo, proh dolor, ambo thore.  
Quamq; diu Turtur gemere haud ceſſabit ab ulmo;  
Noſtrum erit, heu gemitus, fundere tamq; diu.  
C H R I S T E ſenectuti fer. opem; rege noſtra, frequentem.  
Fortiter, ut diſcant, pectora ferre crucem.  
Vos o cœleſtes A N I M A E, S A L V E T E, V A L E T E,  
Disjunetas jungat, L A E T I O R H O R A, P O L O.  
Andreas Birnerus, J. C. & Reipubl.

Bregensis Senator.  
N. 3

Quisq;

**Q**uisq; suas querimur mortes, Ego lugeo Matrem,  
 Præter quæ ætatem nil grave passa tamen.  
 Lugeo germanos; Fratrem pariterq; sororem,  
 Lugeo Conjugii pignora chara mei  
 Et quæ præ cunctis milti flebilis occidit, eheu!  
 Conjugis indolui fata suprema mex.  
 Luxerunt alios alii sibi peste peremptos,  
 Charum uti cuiq; suum est, flebile cuiq; suum est.  
 Viribus & quoniam toris in funera rapti,  
 Sic rapti in lachrymas in gemitusq; sumus.  
 Tu quoq; lugentes inter sociosq; dolorum  
 Scripsisti nomen Mysta Verende Tuum.  
**D**um Tibi Dimidium-Cordis, Gnatam, atq; futurum  
 Pestilas Generum surpuit HORNIADEM.  
**M**agnus ubiq; dolor! triplici hoc in funere triplex  
 Inflixit vulnus mors homicida Tibi.  
**Q**uid facias? præstat sortem hanc superare ferendo,  
 Vulnera lugendo quam lacerare magis.  
**Q**uod tibi, quodq; mihi manus omnipotentis Jovæ  
 Imposuit, multis millibus imposuit.  
**S**it commune malum nobis commune levamen,  
 Quanquam id sola caro dictitat esse malum.  
**Q**uos D E U S abripuit, tutâ in statione locavit,  
 Dum nos incertâ sede vagamur adhuc.  
**T**empus erit, quo iterum sibimet jungentur Amantes,  
 Lucis ubi Æternæ Sabbathæ semper agent.  
**H**ic seges in lachrymis nobis fuit ampla, sed illie  
 Plena in letitiâ cœlite messis erit.

Ξυμπάσχων scrips.  
**M**artinus Gasto, Swidnic,  
 Ecclesie patriæ olim  
 Diacon.

Hieremias

Hieremias 9. v. 21.  
*Ascendit mors per fenestras nostras; ingressa  
 est domos nostras.*

**A**Des ergò Tuas, Divine Senex, intravit  
 Mors? pia mors: omnis clausula sancta mali-  
 Grateris COSTÆ; grateris, Amico, sepultis:  
 Morti ego tam sanctæ cur quoq; grater erit:  
 Scilicet hæc rapuit dulcissima pignora; Matrem.  
 Sustulit hæc, vita delicium omne mee.  
**A**estimo quando Tuum justum VIR Clare dolorem,  
 Exclamo; nostris hostibus iste dolor  
**E**veniat! rapiat sobolem, cum Conjuge matrem  
 Mors, mala mors; viduus stet sine prole torus.  
 Te verò Nati, vel quinascetur ab illis,  
 Exibilarent, senii sint baculusq; tui.  
 Conjugis & Liberorum suorum jacturam *epitans*  
 gravissimam Συλληγὼν Reverendo  
 DN. Affini sese offerebat,  
**G**odefridus Wagner Wratisl.  
 Cantor & Collega primarius, in  
 Elisabethano.

**H**actenus afflixit, Vir Præclarissime, luctus  
 Te trinus, Trino sic statuente D E O.  
 Dum moritur Conjurx GERHARDIA, blanda MARIA.  
 Gloria fæminæ, nempe decora chori.  
 Hanc sequitur BLANDINA Tibi dulcissima gnata.,  
 HORNIUS & Genet hinc ille futurus obit.  
 Triplice pro luctu hoc, cum costam & pignora reddet,  
 Gaudia trina Tibi næ dabit alma TRIAS!

Henricus Huebner/Reipubl.  
 Mainoviensis Pro-Confus.

Ne

**N**E Costæ & Gnatæ nimium, reverende Magister  
Theologiæ splendor, fata supraemæ gemas,  
Qui recreas alios vivi solam ins verbis,  
Quos stimulis mactat fors lacrymosa suis.  
Nemo valet fixas vita producere metas,  
Nemo valet mortis sevum inhibere pedem.  
Terminus is vita, quem designaverat ante,  
Jova Tuis, præstò jam fuit, binc obecunt,  
Quin abeunt potius, namq; bis data cœlica vita est,  
que roſeo Christi parta crux Prys.  
Factum, ceu placuit Domino, qui cuncta gubernat,  
quacunq; amplexum magnus hic orbis ait.  
Jam sunt eruptæ morbis, cunctisq; periclis,  
qua movet infernus nocte dieq; Draco.  
Secure fati, secure fortis acerbe  
lata perennantis secula pacis agunt.  
Illum lugens noli invidisse saluti,  
quas capiunt summa prosperitatis opes.  
Cui sunt viventes confisa pectore toto,  
in Triadis gremio gaudia firma tenent.  
Hanc illis sortem sublatæ fine beatam,  
gratari Pietas Te Veneranda jubet.

Melchior Ostius Poët. Laur. Cæf.  
Gymnasi Vratisl. Collega.

**C**ompello extinctæ manes cineresq; beatos;  
Heus MARIA! ad superos cum tua mens abiit;  
O fortunati manes cineresq; beati!  
Mox vobis dabitur purior aura poli.  
Instat enim tempus, quo vos sine fine Jehovam  
Cernetis, sanctos Aligerumq; choros.  
Nexus & tum junget, quæ nunc disjuncta videntur,  
Judex venturus Christus ab arce poli.

Intercà

Intercà hæc posuit costæ monumenta Maritus,  
Pro thalami gratus fœdere proq; fide.  
Qui nunc decrepitus dicens suspiria Mysteriæ,  
Dimidium cordis sentit abesse sui.  
Ast bene habet; sunt cuncta hominum hic obnoxia leto,  
Fidentis nescit mens obiisse necem.  
Christiparæ gaudens cognomine, Mortua, Matris,  
Nunc facie fruuntur colloquioq; D E I.

Jeremias Therenberger/Provinc.  
& Reipubl. Olsen. Notarius.

**A**Gricola & messem cupidâ spē sperat opimam,  
PARICI, ebaro tempore chare Senex:  
Sic quoq; tu quondam de chara plurima gnata  
Sperabas avidâ gaudia mente thoro.  
Omnis at effugit spes isthac terrea. Plangis  
Hinc Pater, & Gnatæ tam cita fata doles.  
Est vanum, gnatam multis onerare querelis;  
In calo victrix gaudia vera capit.

David Keselerus, Senator & Prætor  
Hainoviæ in Ducatu Lignicensi.

**D**Um funesta furit lues per Urbem,  
Eheu! totq; cadaverum feretra  
Lassant chiliades, nihil PARITI  
Morborum metuens, DEO tuoq;  
Fretus munere per vias locosq;  
Discurris lue morbos, nec ullum  
Securus tamen attrahis venenum.  
At consors placidi MARIA lecti  
Uxor specimen bona, atque Nata  
O Jam

Jam deponsa Viro, mera Diones  
BLANDINA effigies venusta, quamvis  
Congressu populi domi abstinerent,  
Jussa nilominus subire fata.  
Quem rerum vocat Imperator, ire  
Quose cunque recluserit, tenetur.  
Et mors dira eavadium penetrat.  
Certè littus arant homunciones,  
Qui vel posse fuga vel arte legem.  
Tollit crediderint Necessitatis.  
Et cautor legitur fuisse captus.  
I, concende rates, eas ad Indos,  
Extra annifugias viasq; Solis,  
Nulli te faciat metus sodalem.  
Nullo tempore prodeas, latere  
Te clausum patiar rigente ferro:  
Mors se falece sua tamen penetrat.  
Quod tu, sancte Senex, agis superstes  
Tot clarus meritis, id omne munus  
Non vulgare DE I putabis esse.  
Quod mortes toties vides Tuorum.  
Te commune jubet Monarcha cœli  
Exemplum patientis esse Jobi,  
Quod vulgus meditetur amulari.  
Præceptis aliquando (non negabis)  
Plus exempla valent. Proinde sume,  
Vir præstans, animos mares, fac ipse.

Quod

Quod verbis alios doces. Pudor est  
Quando culpares darguit magistrum.  
Oblitus nimium sui videtur,  
Quisquis victimæ jam futura mortis  
De mortis queritur ferocitate.

Andreas Tscherningius,

Jam cohibe fletus, Conjunx Reverende, maritæ  
Sat tumulo dulcis, sat lacrymisq; datum.  
Sicca palus hiscit, nimio praecordia fluxu  
Arescunt, luctu colligunt facta gravi.  
Jam tibi non terris, verùm fidissima Conjur  
Quærenda est supero post tua fata polo.  
Interè cum monimentum hoc erige; amoris  
Signum inconcussi perpetuiq; tui.

Deb. Condol. Patrono, Parenti, Adfini  
Melchior Smolius, Pastor  
in Nedgewis & Dalbersdorff.

Ferreum pectus, silicug; venas  
Is geris, qui non stimulatæ luctu.  
Conqueri vellit tua fata dura,  
Clare PARITI.  
Mensibus paucis, siquidem remotis,  
Conjugem charam, sobolem, Nepotes  
Nescia stœli triples puella.  
Fata necarunt.  
Et tuas ades LIBITINA nigra  
Sepiu visit fereerum locando,  
Praefica questus subière salbos.  
Ordine longo.  
Hinc meas addo lacrymas acerbas,  
Ut fidem tanti faciant doloris,  
Nanias pango tenui coiburno,  
Vorag; dico.  
Ut din vivas Venerande Mystra,  
Et piuum CHRISTI doceas ovile:  
Cumq; denasci fuerit statutum,  
Morte triumphes.  
Manibus sanctis voveo quietem,  
Et poli latos aditus nitentis.  
Cum Tuba clangent hilares: suborno.  
Bustag; bnxo.

Condolenti animo decantatum in Libera  
Imperi Noribergâ  
Friderico Lochnero Olsnensi Silesio,  
Not. Publ. Csl. & dieta Reip. ab Epistolis adiitii.  
O 2  
Molliter

**M**olliter noctumulo tegitur, *MARIA GERHARDINA*,  
Quæ Matronarum nobile lumen erat.  
Vixit, dum vixit, pietate, pudore fideq;:  
Obsequiosa viro: Religiosa D E O.  
Et quoniam Christi meritis spes ejus adhæsit,  
Mens ideò cœli regna beata tenet.  
Cernit ubi Christum manes animasq; beatas,  
Gaudet & aspectu, colloquioq; D E I.  
Jacobus Gerhardus, Breg. Sil.  
Pastor in Lissa & Stabelwitz.

**D**um feriunt nimià me proximitate dolores,  
Ore meo levior vult novus ire dolor.  
O dilectorum castissima biga Sororum.  
Alter-ò-utrius juncle Marite toro!  
O Patrui quandam lectissima Filia cordi!  
Quattuor heu Bresla succubuere lui,  
Quattuor ista me & suavissima corcula menti!  
Proficiens luctu Cor dat inane metrum.  
Mens Mæstia quæ fert solatia menti?  
Vis privata mali verba coacta premit.  
Cui profecturum debebas, Musula, metrum?  
Cujus dat luctus augmina terna dolor.  
Augetur luctu præclariluctus Amici.  
Quis mibi solandus clarus Amicus erat?  
Magdalides Princeps Cathedra Symysta, PARICI  
Dives Apollinea, clare Magister, opis:  
Uxor, Nata, Generg; futurus obisse feruntur:  
(Heu nimirum terna strage Seni misero! )  
Ergo rogas Glogias metra consolantia Musas,  
Meq; Glogi qui tum pars quotacunq; Chori,  
Quanquam magna fuit privati portio luctus:  
Major amicorum mutuus ivit amor,

Quem

Quem probat agnata Monumentum vilius Anna:  
Quem patefecisset Nenia cæpta Tuis:  
Nt Gloganarum mutatio plurima rerum,  
Disita terra, bonis Sors onerosa viris,  
Cæpta retardassent, spem decollasse putassent.  
Rem privam tardat publica forma Rei.  
O Gloganarum facies mæstissima rerum!  
Nunc me docta rogit Littera Versiculum.  
Nescio, quæ scripti stimulatus imagine versus,  
Me vis Bresleis jungere Virgiliis.  
Quot Tibi versiculi debentur! gratia quanta,  
Pro meritis in me, Vir Reverende, tuis!  
Rara legi veterum videoas oracula Vatum,  
Cui Musæ mulæ, fama famesq; manet:  
Et scio, pro meritis operoso carmine dic*i*  
Non vis, sat Summis clarus ab arte Viris.  
Si me felici vidisset ab arbore Phœbus,  
Juisset Uates inter & esse suos:  
De Te, deg; tuis ordiri carmina possem,  
Possem per seram continuare moram.  
Quod metron Uxori, Nata, Generoq; beatis,  
Inter curas do, consule, queso, boni.  
Matronale decus, MARIA, piissima costa:  
Egregiis Mater germinis, ac Avia  
Stirpe Gerhardorum præclarâ nata: decorum  
Cordata Domina ne paradigma dominus:  
Mentis honesta Bonoperraro Fœmina, cuius  
Non poterat Generos pœnituisse Socrus:  
Et tu virginis Flos, ô Blandina, pudoris,  
Cor castum, Matris quam bona Nata bone:  
Et Tu Palladiâ non segnis in arte Magister  
Horni, Blandinæ, sponse pudicitia:  
Festaparaturi Nuptiarum forsitan eratis:  
Ad tactas Agni vos vocat alma Trias,

03

Trig<sup>a</sup>

Triga beatarum semper junctissima mentium!  
ō citō Cælicolum corcula juncta chorus!  
Has grator edas, cœlestia gaudia: verū  
ō desolati cana senecta Patris!  
Lumina compago lapsis emulsa cerebri.  
Defecit lacrymis. Stoica, parce, Schola,  
Parce: quis his lacrymas probibere parasset ocellis?  
Flere voluptatem noveris esse Bonis.  
Fles tamen hanc sine lege, Senex venerande: quiete  
Semper inextincta scis tua corcula frui.  
Gratias placide functis, cœlogi receptis,  
Qui (\*) largire mibi distichabinae: vobes:  
O mihi sic liceat stadium decurrere vitæ,  
Atq; meos simili claudere sorte dies!  
Qui me servasti Puerum, Juvenemq;; Virumq;;  
ō Deus, & Viduum post tueare Senem!

Seni huic devenerando, Theologo eximio & emerito ut (γενηθωσι, ως θελει) dicas, o Deus,  
toto Te corde supplex oro  
**Henricus Closius, Scholæ**  
Bernstadiensis Rector.

**P**estilias illa insignis tot mortibus, ebeu  
Absumpit Trigam, Vir Venerande, Tibi!  
Dimidium Cordis, M A R I A M, Natamq; deinde  
BLANDINAM, Matris Delicium, atq; Patris.  
Tunc hominem doctum, & Generum, sisata tulissent,  
BLANDINÆ, cordis nobile delicium.  
Cum Genero Docto, triste est, desperdere Natam;  
Tristius at cordis perdere dimidium.  
Suave senectutis solamen, dulce levamen,  
Sic periiit: periiit Filia cum Genero.  
Quod nam Solamen superest? Patientia sola.  
Est magni victrix optima Cordolis.

(\*) in Epicedio, quod clausissimo illi Casp. Conradus scripsisti.

Qui dedit, is tulit Uxorem, Natam, Generumq;  
Et super ætere transfluit astra domus.  
Cessa igitur charam deflere, Marite, Maritam,  
Tuq; Pater, Natam: Tuq; Sacer Generum,  
Tempus erit, quod restituat Tibi pignora triana,  
Ultima cum terris fulserit illa dies.  
Si que sunt detracta Tuis, superaddat ad annos  
Hec D E U S omnipotens, Vir Reverende, tuos.

\* \* \*

Ad amabile par Sponsorum.

Pro thalamo tumulum capit heic par: inque Viator,  
Pro thalamo intumulo molliter ossa cubent.

**Pancratius Heinrich Hirschberg.**  
Scholæ Namslav. Rector.

**C**um nil sit firmum, nil constans uidiq; terris,  
Atq; habeant finem cuncta creatura suum.  
De miseriis, nostræ vitæ, quid dicimus, annis?  
His metam posuit provida cura D E I.  
Hanc quoniam tergit Conjur, cum virginie Gnata.  
Et Sponso, Clariis, qui ora rigatus, aquis.  
Nil complere juvat, vanis, loca cuncta, querelis,  
Et corpus curis attenuare tuum.  
Sic placuit Domino, Domini sic facta voluntas:  
Ipse tuis vitam condidit, Ipse tulit.  
Sint animæ in Cœlo, capiant sua gaudia Cœlo,  
Sit terra gremium corporis apta quies.

Condolens apponebat

**Flaminius Gasto, Pastor**  
in Kaisere in Ducatu  
Bregensi.

JOAN-

JOANNES PARICIUS

Anagr.

S I N O N A S P E R A V I C I ?

**E** Reptam luget J A C O B Patriarcha Rabelem;  
Et mea lugubri funere Costa cadit:  
Tectorum casu feriuntur semina J O B I :  
Et sobolem rapuit pallida Morte meam.  
Illi restabant Conjunx, & plurimā leđi  
Pignora; me solum mensa torusq; tenent.  
Lethifer ab audit subito mala verbaruina,  
Ipse ego vidi oculis funera nostra meis.  
Quod mage (& exemplum desit;) jucunda nepotum  
Turba in delitiis desit esse meis.  
Res gravis est Costam, gravis est amittere prolem,  
& prolis sobolem; Cuncta ego; quid gravissus?  
Dicite mortales, ego S I N O N A S P E R A V I C I ?  
Nonego, sed D O M I N U S vincere posse dedit.

Christianus Crumbhorn/ Reipub.

Hainoviensis Notarius.

**Q**UAM mihi misisti, paucæ divortia chartæ  
Cum S A L V E accepi, Vir Reverende, tuō.  
Ut vidi, ut stupui postquam tot funera vidi:  
UXORIS, NATÆ, spe GENERIQUE tui!  
Sic est pestilens, chara eum prole parentem,  
Cum docto indoctum tollere sœva solet.  
Ferrea res sanè est, Natam simul atque Maritam  
Et Generum ad talem contumulare modum!  
Chare Senex, si unquam, nunc certè Uxor is egeres  
Cum Nata; posset pro baculo esse Gener.  
Sed posset. Quid nunc & Animō patiente ferendum est  
Rite onus, imposuit quod D E U S ipse tibi,

Quantum

Quantum est, Virga D E I est, PATRIS est; huic oscula debes:  
Exemplum Nati si cupis esse boni.  
Quod facile ut possis, præsentia tempora cernas.  
Certè nunc nostrum vivere S A P E M O R I est!  
Ergò Tu is liceat per te felicibus esse,  
Optatā in Cœlis atque quiete frui.  
Mox veniet tempus, Generum, Natamque Maritam.  
Cùm Tibi, Teque illis, reddet honore D E U S.

Daniel Eithnerus, Wölav.

Schola patriæ Moderator.

Anno, quo

VIDVVs & pater tristis, Verè tristis, est  
Magister Johannes ParICIVs.

Admodum Reverendo D O M I N O  
M. JOHANNI PARITIO  
Senectam vegetam &c.

**O**B decus egregium FORMÆ post fata suprema  
Emeruit statuam Graja CORINNA suam,  
FOEMINA defendens Patriam TROEZENIA fortē  
Pectore, pro gestis ara vetusta tulit.

Virtutes alias propter C O R N E L I A Gracchi  
SempronI tenuit marmorata structa sibi.  
Ob studium Vera PIETATIS fida PARITI  
Debita C O S T A refert hac monumenta, SENIS.  
MATER enim PIETAS VIRTUTUM, fertilis; iste  
Quod capiunt, merito Mater ægala capit.  
Forma perit, Robur, perit & fine Numine Virtus,  
Ficta perit PIETAS, Veraperire nequit.  
honoris ergo ante annos 30. suo

Promotori p.

Johannes Haidorn Con R. Schol. Ligiae  
Mens. Novemb. Anno hoc Chronol.

Luc. 12. v. 40.

IesVs Ip se DICit, estote parati qVIA qVa  
hora non pVtatls Veniet natVs hoMinis.  
B  
MARIA

M A R I A.

Anagr:

A M A R I.

I N Mundo pia Mens permultum sentit A M A R I:

Vita Pii in Mundo est nil nisi amarities.

In Cœlo pia Mens se à Jovâ sentit A M A R I:

Vita Pii in cœlo est nil nisi dulcis Amor.

Felix, qvi Mundo, moriendo, relinqvit amara,  
Et Jovam in cœlo, à qvæ redamatur, amat.

Casparus Hofman, Reip.  
Herrenstad. Notar.

P Estis, acerba lues, & pallida mortis imago,  
ades insiluit, Vir Reverende, tuas.  
Atq; binc immittit rapuit tria pignora falce,  
Cum Costâ, Neptem; cum Genero Sobolem;  
Prestans præstanti de stirpe Maria Gerhardin.  
In vivis tecum lustra ferè octo fuit.  
Occidit! imò magè ad cœlestia regna prævit,  
Latificoq; D E U M corde celebrat ovans.  
Confectum senio liquit Matrona gementem.  
Te Viduum, quo non major in orbe dolor.  
Est opus hoc D O M I N I , cùi nemo resistere debet,  
Dum, quos morte capit, ad sua regna rapie.  
Interea in columnis cum prole superflite degas,  
Quam voluit Bonitas hic supereffe D E I.  
Quod restat, cœlo exultet Maria Gerhardin.  
Quam voluit jungi dextera Dia sibi.

Wenceslaus Use, Olsnenfis,  
Ecclesia Malcovicensis  
Pastor.

Tumulus  
MARIÆ GERHARDINÆ,  
Matronæ ornatissimæ.

H Anc tumbam posuit sua Marite

Orbus nobiliore parte Amoris

JANUS PARICIUS, docens Budorgin

Sacra Biblia, Phœbicus Magister.

Si pensare operis sui colonis

Mortem morte D E U S dedisset ipsa,

Mallet funere sustinere Fata

Alterno. quoniam D E O placebat,

Volens Hospitium parare Conjunx

Viro, quæ requies nitet piorum:

Terras ipsa quidem reliquit istas,

Sed virtute suâ decus jugalis

Vinculi superest Mariti in ore.

Thor. Bor.

Sigismundo Gresero, Prausaicens. Sil.  
Gymnasi Thor. Cantore.

A H quis non gemat? ah quis non suspiria ducat?

Ah quis non largis fletibus ora riget?

Quando Mors truculenta Seni, lassoq; Marito

Abripit Uxorem, subsidiumq; suum.

Ah quis non gemat & lachrymas emittat acerbas?

Ah moesto quis non lumina rore riget?

Quando Gnata, Viro jam despontata, necatur,

Quæ studuit Patris iussa verenda sequi.

Ah quis non gemat? ah, rogo, quis non perpetu motu

Continuos fletus egerat instar aquæ?

P 2

Quando

Quando Gener Doctus rapitur sic Peste, futuri  
     Qui posset Soceri delitium esse sui.  
 Eheu PARITIO nostro hoc triplicabile Vulnero  
     Infixit sèvà Parca nefanda manu!  
 Abstulit hæc atri (jussere ita Fata) Maritam.  
     Illi & Gnatam, mox Generumq; Lue!  
 Ah cum PARICIO pius omnis lugeat! omnis,  
     Effundat lingvà lucis onosq; modos!  
 Prisca GERHARDORUM stirps plora fleq; GERHARDAM  
     PARICII uxorem, quæ PIA, CASTA fuit.  
 Nam deflere pium est justorum funera: sed sit  
     Tandem etiam positus fletibus hisce modus:  
 Nos quamvis omnes lugendo ducimus horas,  
     Defuncti tamen huc non remeare queunt.  
 Defuncti, in DOMINO, miseræ discrimina vita  
     Evadunt, quæ nos hic sine fine premunt:  
 Non mala Mors nostra est, quia meta optata malorum est,  
     Et mala dum finit, gaudia vera refert:  
 Ergo non opus est sic mortem flere Maritæ  
     Et Gnatæ fatum, Vir Reverende, Tuæ.  
 Vivunt in cœlis animæ illarum, atq; fruuntur  
     Aspectu æterni colloquioq; DEI.

Johannes Gerhardus, Bregensis,  
     Templi Parochialis ibidem Cantor.

I.

Viduo & Parenti mœstissimo,  
     Solatium.  
**V**ixit Théologiæ cœli inter sidera fidus;  
     Vester amor vixit, deliciumq; tori.  
 Illa MARIA sua jam functa est munere vita,  
     Cujus in optaras claudere fata sinu:

Scilicet,

Scilicet, ut Juvenes thalamus suscepit utrumq;  
     Sic caperet pariter funeris arca Senes.  
 Difficilis superis; superis diversa secutis;  
     Spes vana est, votiq; irrita summa manet.  
 Hinc te, PARICI, Senio solatia grandi  
     Conjugis è Senio nulla levare valent.  
 Conjugis ast Senium quo non levat, ille levabit,  
     Qui portare pios ad Senium usq; solet.  
 Interæ mœror tangit præcordia; sed tu  
     Tbarsensi nosti ponere lege modum.  
 Pone modum lacrymis, lacrymarumq; obstrue fontes:  
     Orbe erecta, polo, que bona cungit capit.  
 Tristitia indocilis, late te poscit amicum.  
     Voto: præsentisq; una cupido tui.  
 Atq; erit, ut liceat, viciose pondere carnis  
     Deposito, ecernâ Conjugi adesse die.  
 Tunc tibi delicia casta, tunc pura voluptas,  
     Tunc bene-fidus amor juncta MARIA cluet.  
 Sic fert conditio divina: ut dulcia cœli  
     Non gustet, qui non libat amara crucis.  
 Cetera, que præbes aliis, solamina ponas  
     Ipse tibi ante oculos: dedoluisse potes.  
     Et observantæ & debitæ condolentæ  
         affectu apponebat ex istu plumbi  
         duplicis, jam Breslæ sub  
         Chirурgo dolens  
         Ipse.

Thomas Sprengerus, Neustad:  
     Namslavienium Cantor,

Symbolum

M. DAN. HORNII:

— Non est mortale, quod opto,  
quod ipse sic reddidit:

Munde immunde vale, non est mortale quod opto;  
Dona caduca soli, munera fixa poli.

Nach dem was nicht vergeht/  
Mein Sinn und Herz sieht.

II.

An beyde Verlobete  
Nunmehr mit Todesfeilig verbliebene  
H. M. DANIELM Horni

Vnd

Jungf. BLANDINAM gebornen Particien.

**M**it kompis/ ihr lieben Paar/das ihr bey jungen Jahren/  
Da ihr euch/ vor der Welt zuleben/jezt soll paaren/  
Zum Tode werder eins/begebe euch dieser Zete/  
Gepaaret auf der Wahr/laufft zu der Ewigkete?  
Ich achte/meines Theils/Ihr/als von Gott gerrieben/  
Habt euch die Nichtigkeit der Welt nicht lahn belieben/  
Da alle Frewde kurch/mit Leid vermenget liege/  
Vnd keinen/wenn sie gleich hoch praler/rechte vergnugt.  
Da die verliebte Schaar/ob sie wol grav von Haaren/  
Gepaaret schon vorleppst/tote die in besten Jahren/  
Im Feulung ihrer Zete/zur Grube segelt fort/  
Durch den gewissen Tode / durch Bley vnd Eysen/Morde.  
Vnd das hier ewer Sinn/mit mir sey eins gewesen/  
Bezeugt der Reimen Spruch von euch klug afferlesen  
Vor tausend andern/den gar offeers ewer Munde  
Vnd Feder holten auf tiefstem Herzens-Grunde.

Nichts/

Nichts/nichts/wasirdisch ist/nichts was man sterblich nennen/  
Mein Wunsch/meins Herzens Wunsch vor angenehm erkennt.  
Gar recht: Drumb hat euch auch/wie ewer Wunsch begeht  
Des/was vergnügen mag/der Himmel schon gewehrt.  
Da euch die Erde stanck/seyd ihr der baldt entgangen/  
Befreyt von etler lust/auf dehrn man kan gelangen  
Zur Seelen Noth vnd Pein: lebt wo verhanden ist  
Fried' ohne End' vnd Leid;/die euch Gott auferklett.  
O wolt euch dessen Ores loa ihr zwey liebe Herzen  
Nach Wunsch in gleicher Lust/in unverwehrtem Scherzen  
Euch liebet für vnd fur/da euch der grimme Tode  
Zu trennen nicht vermag/viel weniger die Noth.

Idem Thomas Sprengerius.

**Q**uando ferox Temors spoliavit conjugè amicà,  
Nosce bonum factum, Vir Reverende, DEI.  
Dulcem nunc requiem, tu quo so voveto Maritæ,  
Namq; expers multis vivit ovatq; malis.  
Cœlesti in regno, solidò & jungentur amore,  
Cum tecum ipse dabit vivere posse DEUS.  
Nos verò interea memores vivamus oportet  
horæ fatalis: nos decet esse pios.  
Ne quando veniat tandem ultima linea rerum,  
fortasse incautos occupet atra dies,  
Quò fiat, faxis DEUS Optume Maxime, semper  
Urbene vivamus dein moriamur ita!

David Pigritius, Sch. ad D. Mar.  
Magd. Collega.

**C**oncussi Pelagiceu tempestatisbus actus  
Navita, quem turbo vexat & imber atrox,  
Latatur, motos cùm ponunt aquora fluctus,  
Et liquidum surgens aura secundat iter:

Six

Sic etiam alloquio recreatur amicus amico,  
Doctag<sub>z</sub> vox lucu plus aliquando valet.  
Ast inculta, Tuos ausa est mea Musa, dolores  
Tangere; id affectu prcipiente facit.  
Disjice curarum nubes luctusq<sub>z</sub> tenebras,  
Conjugis atq<sub>z</sub> obitum ne miserare nimis.  
**Cum** Sophia<sub>z</sub> dos clara TIB<sub>z</sub> i sit, cura D E I<sub>z</sub>  
Ingenio Pietas non minor ipsa tuo.  
Noris: mortis iter cunctis semel esse terendum:  
Et quacunq<sub>z</sub> vides, mox peritura vides.  
Sed, prematura prareptam morte Mariam.  
Esse tuam, & pestis vi periisse, doles?  
Ne mirare; via ad morem non omnibus una est,  
Huic clivosa, illi est planave, longa, brevis.  
Ast ubi tranarunt Lethes feliciter amuem<sub>z</sub>,  
Plena pios requies, vitaq<sub>z</sub> plena manet.  
Quin genus hoc Fati D E U S ipse immisit eidem<sub>z</sub>,  
Est D E U S is, qui Te, Vir Reverende, premit.  
Hic etenim perimit viventum obnoxia morti  
Corpora, qui vita mortuare restituet.  
Quid culpas in eo, qui omnis bonitatis origo,  
Cui, Tibi non licitum est, opposuisse manus?  
Adde, quod ille D E U S Pater est: licet ergo fideles  
Corripiat, tamen baud desinit esse Pater.  
Namq<sub>z</sub> solent pueris imponere multa Parentes,  
Qua tutela, salus poscit, & urget amor.  
Tristia sic nobis imponit semper Jöva:  
Dum nos ad cæligandia leta uebit.  
Siste igitur gemitus, nimios moderare dolores,  
Immodicos luctus odit & ipse D E U S.

Christianus Scholtz, Bregens.

LL. Studiosus.

Quos

Q uos Tibi Christianæ, Senior celebrate, Sionis,  
Sanguine & unanimi junxit amore, D E U S:  
Efferā disjunxit rapidæ violentia Mortis,  
Atq<sub>z</sub> tenebrosum continet ossa solum.  
Ecce Tibi, præclare Senex, signabo Maritam.  
Primò, post Gnatam, dēin numero Generum.  
In vivis lepidi statuam meruere sepulti:  
Quidni, PARICI, des monumenta Tuis?  
Exerge lacrmas, & doctis insere chartis  
Famam, laudatis post pia fata decus.  
Officiosa magis vivit post funera Virtus,  
Ac semper memores nos jubet esse bonis.

Christophorus Homilius/Scholæ  
Lignicensis Collega.

E NT Tua, PARICI, Meritissime Mystra, Budergis,  
Uxor, Gnata, Gener Peste obière piet;  
O felix obitus, abitus, qui parta recludit  
Regna Poli, nobis sanguine, CHRISTE, tuo.  
O bene jam Coſte, Gnata, Generoq<sub>z</sub> sepulchro,  
Amplius baud cernunt tristia Fata solo.  
Nulla Fames, Pestis, Mars nullus tangit & angit.  
Felices animas, moliter ossa cubant.  
Ast adversa manent semper, sic fata fatigant,  
Qui gaudent CHRISTI nomine, Mille crucis.  
Viribus, & venerande Senex, nunc cresce, viresce,  
Quod precor, in Tumulum ni bene canus eas.  
Prabeat atq<sub>z</sub> Tuo cordi solamina firma.  
Quod cecinit Functis, Docta Caterva, Melos.  
Stemmatum crescatur, crescent seriq<sub>z</sub> Nepotes,  
Post obitumq<sub>z</sub> Tui nos meminisse juvet.

Georgius Seidelius Jauranus  
Magdaleni Collega.

2

Sic

**S**ic est! vix aliquò venies, ubi bella, PARITE,  
Non devastarint parta labore bona;  
Vix aliquò venies; ubi non contagio pestis  
Magna ex parte homines sit populata nece:  
Sed melior, puto, conditio, bona perdita quorum;  
Quam qui amiserunt agmen amicitia;  
Arbiter & Censor Tu sis hic; anne, PARITE  
Pejus amicitia sit perisse Tuos?  
Nonne bona ipse caduc a dares pro Conjuge; atrocis;  
Cum Natis, hac si à peste redempto foret?  
Sed quid tum juvat eligere amissum; mala cuiq;  
Maxima, sicut licet bac exigua, esse solent;  
Accidit, ut nunquam sola ulli erumna ferenda;  
Sic Tuperdis in bac, utraq; peste, bona;  
Nam domus, amissâ jam Conjuge, prole, videtur  
Non aliter, quam si sit spoliata bonis.  
Eata, vides, instanter sic decreta sequuntur;  
Imperium Mortis quis cobibere valet?  
Nil dolor ergò juvat; magis aquâ, crede, ruina.  
Conjugis & Natûrû mente ferenda Tibi:  
Hinc mecum doles; quantum Te, fere, docentem;  
Defunctos, verbi pagina sancta jubet.  
Condolenti animo & calamo transmisit  
demortuæ Cognat.

**V**alentinus Gerhardus,  
L. Baronum à Rheder p. t.  
Ephorus.

**L**ulta ferè octo, Senex præclare atq; optime, consors.  
& vita & thalami qvæ tibi fida fuit,  
Quamq; annos plures sperabas dulce levamen.  
Curarum, & Senii luvae malagma fore,

Occi-

Occidit, ac mœstum viduum Te linqvit in orbe,  
Lugentes generum & pignora chara thorî.  
Heu miserum Fatum! fatalis terminus eheu!  
Quem nostrûm nemo transiliisse potest.  
Sed quid de Fato & DEUS est, qui tempora vitæ  
Nobis constituit, nos morierq; jubet.  
Ipse tuam Costam placidâ qvia morte maligno  
Suberaxit Mundo, pluribus atq; malis,  
Qvæ nos dura manent: qvis non gratarier illi  
Hanc sortem potius, qvam doluisse velit?  
Ipse bonis bonus immittit bona nil nisi semper,  
Firmo qvi CHRISTI vulnera corde tenent;  
Dilectisq; suis bene cedunt omnia: qvorum  
Sub numero constans perstitit usq; Tua.  
Ipse velut mirè teneris Te duxit ab annis,  
Sic, credas, ducet Te quoq; porrò Senem.  
Utq; diu hic ducat, saturum tandemq; laborum.  
Ad se perducat, Numina sancta precor.

Andreas Dibitsch,  
SS. Theol. Stud.

**Q**uid juvat esse pium. Quid prodest optimâ Virtus;  
Si non de meritis charta loquatur anus?  
Virtus in cœlo post fatum vivere debet:  
Virtus bac eadem debet in Orbe cani.  
Illic cernuntur divini signa favoris:  
Cernitur hic hominum religiosa fides.  
Felix, quem tales merito comitantur honores!  
Cui sua nec Coelum, nec sua Terra negat!  
Cur igitur felix non sit PARICIA CONJUX?  
Quis dicat nobis, banc potuisse mori?  
Vivit ibi vitam, que vitas preterit omnes:  
Vivit ab aonius hic animata Viris.

Q 2

Ocessa

O cessa, quisquis fles bujus funera! Mortem.

Nonne duplex unam vincere vita queat?

Scribent Stetini Pomeran.

Michæl Kirstenius Moravus.

**Q**uoniam dem der Schon liege im Grab; vnd ist gestorben  
In Jesu Nahmen seyn der ruhet sicher schon/  
Wir leben alle noch da man niches als den Thon  
Des Krieges höret stets; Maria hat erworben/  
Ob sie gestorben gleich die Ruh' in ihrem Grabe/  
Dass Herr Magister gläube die Todten preis ich mehr  
So wol gestorben seyn als die so Kriegs Beschwer  
Im Leben drücken thut; Es ist ein grosse Sabe  
Des Höchsten: das man noch zu Breslau sicher sitzt  
Mit allem Volcke da; Gott helft uns selig nach/  
Wenn es sein Will wird seyn denn ewre ganze Sach  
Im Alter nur befiehlt O Herr Magister hört/  
Ihr seyd mit Ehren alt; Gott steh Euch alzeit bey/  
Vnd mach uns alle doch einmal vom Kriege frey/  
Es ist sein Fraue schon wo man stets Gott nur ehret/  
Er gönnet ihr die Ruh' wir müssen alle sterben/  
Wer wol gelebet hte; der kommt im Himmel nein/  
Das hat sein Frau gehabt Sie fühlt keine Pein/  
Wie wir auf dieser Welt dein Fried laß uns nur erben.

Paulus Thaumasius,

Tribellâ Lufatus p.

**U**niter baud oculos senium contendit in omnes,  
Quantumvis cunctis res adamata viris.  
Lata venit multis, multis onerosa senectus,  
Et sic grata venit; sic operosa venit.  
Lata quidem multis frons hujus; at illicò multos  
Transversis, ebeu! verberat hæc oculis,  
Trina Tibi facies bac visa est, culte Sacerdos,  
Dulce Tibi senium, triste senecta fuit.

Triste

Triste fuit, solitas solidasq; resolvere vires

Tentando, lassis nec referendo novas,

Et pia tardando sensim molimina, quondam

Enthea que justit cura Ministerii.

Sed prudelce fuit, calidas dum ladere vires

Non male docta quidem frigida canities,

Non tamen omnino lesum removere vigorem

Ausa fuit, robur, membraq; mentis opes

Usq; adeò ut senii non saltem in limine salva

Essent mentis opes, & Pietatis opus,

Quo sacra sacrati tractabas munia templi,

Formando plebem voce valente tuam

Sed veluti viridis fuit ipsa in fronte senecta,

Sic postica diu vivida, viva fuit.

Langvida quod si spem membris natura senectis

Demississet prisca conditione frui;

Non tamen omnino spes sic sublat a fuisse;

Fidè quin esses Tu modò fultus ope.

Instar fulture carà cum Conjuge Natæ,

Prædivine Senex, protinus heic aderant,

Quæ, quoties tristis properabat adesse ruina,

Pulsabant celerans, sedulitate, malum.

Quæ sentientes nutamina noxia, passus

Pendebant animo na vigilante tuos.

Sed, me CHRISTE! nihil constans! præfidere sæpè

Quæc fuimus soliti, perfida sæpè manent!

Perfida facta Tibi senii fortuna, nec hujus

Quondam & nunc idem splendor, idemq; jubat,

Vultum jam pridem dederat fortuna benignus,

Nunc in perniciem jurat amara tuam.

Quæ Te nutantem poterat servare, vacillat

Conjux cum caris optima pignoribus.

23

Quæ

Quæ Te sepè Senem poterant recreare cadentem,  
 Conjurx ipsa cedit, progeniesq; cedit.  
 Si quassata domus nutatq; ceditq; columnis  
 Non suffulta suis, quid Tibi nunc reliquum?  
 Cum corpus tremolum careat tibicinis usu,  
 Hæc ætas quo non vixve carere potest?  
 Nil supereft, nisi ut Ipse brevinutesq; cadasq;  
 Nutanti potrò cum nec adesse queant,  
 Nec recreare queant Conjurx Natæq; cadentem.  
 Denata, binc nutas! prò dolor, inde cadi!  
 Sic nihil in terris solidum! nil usq; perennat!  
 Migrat ad interitum Scipio, sicq; senex.  
 Sed, deserte Senex, IH O V A confido, cuius  
 Dextera Te post hac eriget alma senem.  
 Dextera qua puer semper, juveniq; seniq;  
 Exangvi præstò pro benitate fuit.  
 Infirmosq; pedes crura & nutantia jugi.  
 Dirigeat una suo ritè patrocinio.  
 Brachiolum seclare nequit quam ferre salutem,  
 Numinis hanc potis est dextra referré potens.  
 Hac pia dum, pie Mystra, tuam solamina plebem.  
 Non saltē è cathedrā voce sonante doces;  
 Ipsa etiam tacitā sub mente reposa fuere.  
 Hactenus, in laudes sic quoq; surgo tuas;  
 Theiosophi sic ritè potest defendere Spartam,  
 Qui facienda docet, quiq; docenda facit.

Georgius Grätz.

IN

OBITUM & ABITUM  
MATRIS MEÆ DILECTISS.

**C**haræ, chare PARENTS, MATRIS se docta frequenti  
 Carmine in exsequias ire caterva parat.  
 Quam Libitina feræ jam pridem peste necatam  
 Vicit, jam Cliœ carmina docta canit.

Longævi

Longævina scit virtutem temporis ævum  
 Solvere, non ergò MATRIS obibit Amor.  
 Vivit MATRIS Amor, quod JHOVAM Teq; Parentem;  
 Pignora quoq; tui fovit amata tori.  
 Non ergò longo juvat indulisse dolori,  
 Nam vitæ MATREM fons adapertus alit.  
 JHOVA animam recreat fluvii cum fonte perennis,  
 Corpus fonte suo docta caterva rigat.

Optimo Parenti  
 παραιλήσεως ἄνεκοι  
 f.

Theodorus Paricius.

Ad beatissimè Defunct.

**D**icere Virtutes, Divinæ, factaq; Mentes,  
 Quæis Viva terram, defuncta ornatis Olympum.  
 Religio, Pietasq; jubent: Sed solvere Musa  
 Res angusta vetat, dolor impedit, ipsaq; moles  
 non narranda rei facundi carmine Vatis.  
 Ergò quæ licuit Vestris offerre sepulchris.  
 Æternos Vestri fletus, votumq; quietis  
 Vos, placida sacrum Divinæ assumite, Mentes!

Qui  
 AVIAE HONORATIS:  
 MATER TERÆ AMANTIS:  
 &  
 AFFINI DILECTO:

debebam omnia,  
 inter lachrymas vix præstare potui  
 tantillum

Andreas Ussig.

EB

**E**ST luctu, est morbo per se plena ipsa senectus,  
Vox vetus ut multo teste probata sonat;  
*Majus at in senio privari Uxore suavi,*  
*Gnatisq; & junctis proximitate aliis.*  
*Hac, Venerande Senex, mibi sufficiende Patronae,*  
*Contingunt isthac tempore cuncta TIBI,*  
*Dum rapit ex oculis, caram mors dura Maritam,*  
*Gnatosq; & junctos proximitate alios.*  
*Condolens hinc meritè quivis bonus, inter & illos*  
*Cor Jobi patiens inde TIBI ipse precor.*  
Sedibus æthereis locus est, qvō semina sparsa  
rursum lætificâ messe oritura ratum est.

Christianus Keslerus,  
Ligius.

Ἐπιλόγος.

**O**ὐκ ἐν Σθ, δόξα σητῶν,  
σητῶν μήρεις σεβασῶν  
Μαρίη Φι, εἰς τὸ μακρὸν  
Συζῆν κανοῖς θεοῖς;  
ηπιεῖ. ὅτι οἶδας  
τὰς ἡμέρας περιτίσσις.  
Καὶ δεῖξε Κοι ὁ Χειρός  
Χειράς μονᾶς Ολύμπου,  
Ἄς νυνὶ Φαιδρῷ ναίεις.  
Δόξη σὺ ἐν γυμνικῶν,  
Μεγαλοπεπτῶν γυμνικῶν,  
Λίπεις ιαῦσαι ἐν Ιω.  
Καὶ γαῖας, πότε ζωῶ

τάινην μέγα βδελύτηεις,  
Παρείκι Θεῶν μοὶ αἴδεσ  
ἐνεργέτης Θωδεχων,  
Γοεζὸν τὸ ρεῦμα στίζον.  
Σε σύγχαμ Θεὸν οἴκον  
Μακέων θεῶν οὐρανοῖς,  
Αἱρετε δακρύνοντας,  
Καὶ σκηνήεν τὸ δάκρυ.  
Παρείκι Θεῶν ἐρατόει,  
Ψηχῆς μη ἡμίσεια,  
ἐλέγοιο λῆγε λυγεῖ.  
Μαρίη πόλει σύνοικοι  
ἐλέγοις ἐπεγέλαται.

Συμπαθείας ἔνεκεν  
faciebat

Fridericus, M. Adami Filius, Büthnerus  
Gedanensis, Sacro-Sanctæ Thcol.  
Studioſus, Regiomonto mittebat.

Ἐπιλόγος.

Ἐπιλόγος  
Lamentationum super obitu celerrimo trium  
amabilissimorum coreulorum,  
Conjugis, Filiae & Generi,  
Anno Christi 1633. quo intra sex fermè mensium  
spacium ultra viginti millia hominum peste  
sunt extinti,  
Ad Dn. Maritum, Patrem & Generum superstitem,  
Amicum veterem.

**C**limacter Magnus plerisq; est lethifer, ut nos  
Vox veterum multo teste probata docet.  
Aut si non fuerit letalis & ager Is annus,  
Inducit magnas attamen ille vices.  
Hoc quoq; Te docuit, P A R I C I, scansilis annus,  
Cen testis locuples ipsem etesse potes:  
Nam quamvis penitus non te fera Morta necarit:  
Attamen inflxit vulnera terna Tibi;  
Stravit ubi illorum, Gnatum, Generumq; verendum,  
Sperabas baculos quos senii Ipse tui,  
Ne referam, astutus delator, rosor & osor,  
Invidia atq; dolus quid necuere tibi!  
Ecce quam letalis, quam tristis & anxius annus;  
Qualis, non unquam est visus in Orbe tibi!  
Quod vero in tanto fueris non gurgite mersus,  
Tecum agimus gratus pectori & ore D E O.

Condolentiae ergo  
subjiciebat ceteris,

Jeremias Tschonder,  
Vratislaviensis Silesius.  
Philosoph. M.

SEQVN-

## SEQVUNTUR CENOTAPHIA,

Memoriae & Honori beatissimè  
defunctorum dicata:

I.

MARIÆ GERHARDÆ  
CONJUGIS DILECTISSIMÆ,  
Aureâ literaturâ, candido Marmori incisâ  
ad extremitatem parietis Templi Magdalæni,  
Australis, conspicuum; & Calendis Julii.  
A. C. M. DC. XX. XIV.  
erectum.

CHRISTUS MIHI VITA, MORS LUCRUM.

### CENOTAPHIUM

Deo Opt. Max. Sacrum.

## MARIÆ GERHARDÆ

Matronæ ex præclarâ Gerhardorum Bregensium,  
familia oriundæ, toto vitæ suæ

tempore

¶ Pietatis & Virtutum studiis Fœminæ  
commendatissima;

Reverendi & Cl. VIRI

## M. JOHANNIS PARICII,

templi hujus Archidiaconi & Senioris.

Conjugis desideratissimæ;

Hic Vratislavie inaudito luis pestiferæ

tempore infectæ,

exsq; non sine acerb; mariti & liberorum dolore,  
inter preces & suspiria piè defunctæ,  
III. die Octob: circa hor: XII. noctis,

Anno Christi

M. DC. XXXIII.

postquam vixisset annos LI. Mens. V. D. XVI.

Hoc qualecunq; constantis sui erga defunctam  
per annos fere XXXIX amoris.

MONI-

## MONIMENTUM

poni & erigi curabat Viduus  
mæstissimus:

In pace dormio & requiesco. Psal: IV. v. IX.

Alatere bujus,

Lapis sepulchralis, hæc ad Viatorum inscriptio-  
ne notabilis.

DEO TRINO

UNI

ET

POSTERITATI  
SACR:

## MARIA GERHARDA, M. JOHANNIS PARICII

CONJUX

SUB HOC SAXO

CONDITA

ADVIATOREM:

CORPUS MEUM HEIC QUIESCIT,  
ANIMAM NON INTUMULO QUÆRAS,  
IN MANU DEI POSITA EST.

VIX. ANN: LI. MENS. V. D. XVI.

OB: III. OCTOB.

ANNO Quo

BresLaM

atrox pestilenti herrenDē

VeXaVit.

VALE ET ABI.

II.

## BLANDINÆ FILIÆ PARITIANÆ.

R 2

CHRISTO

CHRISTO RESUSCITATORI,  
DEO SERVATORI,  
ANIMARUM SPONSO FIDELIUM,

&  
Pie inter Mortales Memoriae  
s.

BLANDINA PARICIA,

Rev. plur. Clariss. atq; Doctiss.

VIRI

M. JOHANNIS PARICI,

Archidiac. apud Vratislav.

Magdaleni;

Theologi emeriti,

Patris optimi;

&

MARIAE GERHARDAE

Matronæ honestiss.

Uxoris desideriss.

Matris pientiss.

ob veram Animi Pietatem,,  
taras obsequendi promptitudinem

&

Studiosem debiti utriq; PARENTI  
cultus observantiam,

CHARISSIMA FILIA;

Precum piarum,

Canticorum sacrarum,

avidissimæ Devotionis,

omnis omnino Honestatis,

& pertinacis in Mortem usq; Castitatis.

amore. Sincero:

Ætatisq; optimæ,

ultra ANN. XIX. D. IV, non-

dum actæ

ipso.

Virore, & flore

FULGENTISSL. VIRGINUM CORONA

Rev. & Literatiss. VIRO  
M. DANIELI HORNIO VRATISL.

Pastori Wrbizensium,

jam vocato,

Connubio, quæ spes erat, auspicato

brevi jungenda,

dilectissimo electissima

SPONSA;

CONTRA OMNE VOTUM,  
in epidemio illo Pestilentia malo,  
quod præter vicinas oras

Vratisl. Silesia Metropolia

gravissimè tunc adfligebat,

codem, proh dolor! correpta malo;

Mortem, præfigâ futuri Mente prævidendo,

de exequiis Christiano ritu ducendis, prævidè disponendo,  
ad beatam analysis ardenti prece,

devotoq; cantu se præparando;

JESU CHRISTO,

REDEMOTORI meritissimo,

SALVATORI gratiofissimo,

SERVATORI potentissimo;

à quo accepérat

in vita éisodio datam,

emundante Mundum sanguine mundatam;

sacro saeræ cœnæ epulo cibatam,

ad æternitatis delicias præparatam;

Animam suam devotissimè reddendo;

HOR. NOCTIS XII. D. XIII. OCTOBR.

ANN. REDEMTI ORBIS

clo loc XXXII.

sine motu, sine metu,

Lubens & Lata,

exspiravit;

R. 3

ad eoq;

adeoq;  
ex hâc lacrumarum valle,  
Mœrorum plurimorum promâ  
Gaudiorum sincerorum condâ,  
ad sincera Nuptiarum coelestium gaudia,  
SPONSO CÆLESTI,  
æternum socianda,  
emigravit;  
SUASq; EXUVIAS  
SANCTO SPIRITUI  
cùm ab Animâ animarentur,  
Sacratum Templum;  
in urbe Patriâ,  
Ejusq;  
publico ad D. Mar. Magdal. cœmterio,  
ad amicum latus  
superius nominati  
SPONSIS Uİ  
eodem Fato  
præmissi pariter atq; præmissi;  
indolentem tam acerbis Fatis affectum contestantia  
lacrimas inter, & suspiria  
multorum,  
Tumulum, Thalami vicem, circum-  
stantium,  
D. XVI. MENS. EJUSD.  
In spem gloriose Resurrectionis  
dudum promissæ,  
tandem futuræ;  
Terræ, omnium Nostrum Matri,  
concredi voluit:  
CURANTE  
& EXEQVIAS,  
& has, in memoriam Beatæ Animulæ,  
Fautorum & Amicorum  
lacruminis irrigatas,  
Typisq; descriptas publicis  
chartas,

PAREN-

PARENTE SUPERST, MOESTIS-  
SIMO,  
cum ultimo hoc  
PATERNI CORDIS ET ORIS  
Vote:  
PAX OSSIBUS ESTO BEATIS!

III.

### M. DANIELIS HORNII

futuri Generi  
MEMORIAE & ÆTERNITATI  
Sacratum.

Reverendus atq; Doctissimus VIR  
M. DANIEL HORN / Vratislavienfis;  
Patre,

PETRO HORN.

Matre,

MAGDALENA SCHNELLIA,  
Optimis hujus Reipub. Civibus,  
ipsis Augusti Calend.

Anno M. DC. V.  
in hanc lucem prognatus est.  
Fuit Is à prima ætate literis deditus,  
quarum, cùm in utraq; Urbis patriæ Scholâ,  
M. JOHANNE ab Höchelshofen.

&  
M. MICHAELI POLL,  
DIRECTORIBUS,  
prima fundamenta posuisset;  
ea deinde

in celeberrimâ Wittebergenium Academiâ per decennium  
integrum eousq; feliciter perduxit,  
ut sub Rectoratu

M. AMBROSII RHODII, Medic, Doct, & Prof.

à Decano

Decano spectabili  
**M. CHRISTIANO REINHARTO,**  
debito Industriæ præmio,  
eo videlicet honore, qui in Philosophia summus est,  
Clarissimus ARTIUM MAGISTER, communi Literatorum  
suffragio, insigniri meruerit.  
Paulò post Patriæ redditus,  
ibidemq; Pastor animarum in Agro Witbię legitimè constitutus,  
dum propter bellorum turbas Vratislavie commoraretur,  
atrocis Pestis lue præventus,  
7. Octob. die, A N N O M. DC. XXXIII.  
inter suspiria & preces  
eo potissimum voto, quod viventi assiduum, emorienti  
ultimum in ore fuit:  
**NON EST MORTALE, QUOD OPTO,**  
Vita terminum anno ætatis XXIIX  
beatè & tranquillè clausit.  
Relinquens  
Bonis omnibus, maximè omnium  
Rever. & Clariss. VIRO  
**D. M. JOHANNI PARICIO,** ut futuro Socero,  
DESIDERIUM SUI.  
Qui ipse  
pro levando eo,  
præstandoq; debitæ pietatis officio,  
**MONUMENTUM HOC GENERO SUO ERIGI**  
curavit,  
Beatae emigrationis Ipse cupidissimus.

